

6


IOAN. HARTWICH REVTER I<sup>CTI</sup>  
POTENTISS. BORVSSORVM REGI IN SVPREMO OMNIVM  
PROVOCATIONVM TRIBVNALI A CONSILIIS  
SECRETIORIBVS  
DISSERTATIO  
DE  
**EFFECTV QVERELAE  
INOFFICIOSI TESTAMENTI**  
IVXTA  
ORDINEM EDICTI SVCESSORII INSTITVTAE  
INTVITV NON QVERENTIS  
~~~~~  
IN ACADEMIA REGIA FRIDERICIANA  
MDCCXLIX.  
DEFENSA  
A  
**CHRISTIANO LUDOVICO BERENDES**  
BEROLINENSI.



---

RECVSA  
HALAE MAGDEBURGICAE  
APVD IO. CHRISTIANI HENDELII VIDVAM  
MD CCLXV.

(7)





§. I.



Si qua hereditatis portio est, ea vel ad Legitimae tertio gradu lineae obliquae proximi portionis miores qua tales spectat, vel non. Si notio prius, vel ab illa sine iusta caussa a defuncto excludi nequeunt, vel non. Priori casu portio illa legitima portio-nis nomine venit.

Ambiguum hereditatis vocabulum nec dupondii ignorant. Vnde non est, quod multus sim in eius aequiuocatione indaganda. Id saltem monuisse non pigebit, hereditatis nomine heic venire vniuersitatem bonorum defuncti, ut satis questioni fieri queat inter DD. agitatae, vtrum legitima portio hereditatis, an bonorum sit? Vide sis Illustr. a LEYSER. Sp. XCI. M. IV. Legitimae portionis respectum ad omnes heredes coniunctim spectatos ab habitu eiusdem ad singulos, iuris interpretes distinguere solent tantum non omnes. Priori saltim casu definitione vtruntur, mea haud absimili: posteriori vero legitimam portionem explicatam dant per portionem portionis ab intestato debitac &c. Si uno quidem plures adsum, quibus legitima debetur, legitimam cuiuslibet esse portionem portionis ab intestato debitae,

4 De effectu querel. in offic. test. iuxta ord. edict. success.

bitae, nisi legitimam partem eius maiorem interdum, quam vñquam ex bonis paternis sperare licuit, somnians non negauerit. Sed singas, quod compluries contingit, vnum tantum defuncto existere heredem, eius sane legitima pars portionis porro esse nequit. Vnde ne angustioribus, quam pars est, limitibus notio circumscribatur, ab eiusmodi respectibus abstrahendum est. Ieiunus igitur est *BACHOVIVS ad TREVTL. V. l. Disp. 13. tb. II.* cui dictorum respectuum distinctioni quasi semper obviae confiso, ieiuna & fere Domitiana haec quaesito viderur. Sed iam heic non ago, vt totam huius portionis doctrinam satira lance subministrem. Tantum inde delibare scopo vicinus est, quanto ad rectius intelligendam legitimae portionis notionem opus videbitur. Antiquitus arbitrio centumvirorum relictum fuisse videretur, quanta hereditatis pars ad excludendam querelam sufficeret. Vsque dum quarta pars ex ratione forsitan *L. Falcidias* inualuerit, legibusque stabilitatis. *l. 8. §. 8. f. 1. 6. C. de inoff. testam.* Quum autem frequenter miratus sit *FLAVIVS noster*, liberis satis morigeris triuncium saltim relinqu*N. 18. pr.* portionem legitimam incremento haud ignobilis auxit. *N. 92. praef.* Auxit autem pro numero ab intestato heredum legitimae portionis tamen capacium vel quatuor plurium vel minus. Priorique casu in semissim, posteriori vero in trientem, quae eius est liberalitas, quartam istam transfudit. *N. 18. c. 1.* si a curialibus olim discesseris, quibus dodrantem prospexit sit. *N. c. 2.* Non tantum tamen ad liberos, quod dubio caret, verum etiam ad parentes fratresque ac forores augmentum istud porrigidum est (*per verb. ult. cit. N.*). Quamvis ex rationibus sublestis omnino illud in dubium vocet *VINNIVS ad §. 3. I. de inoff. test.* Triens hic autem missis titulo singulari relictus olim sufficiebat, vt secure restari licuerit. *l. 8. §. 6. eodem §. penult. I. eodem N. 18. c. 2.* Sed displicuit tandem Imperatori hic titulus atque liberis & parentibus (in a latere iunctis nihil mutatum comprehenditur)

ditur) titulo vniuersali, honorabili sane arque propter ius adcrefendi perquam utili, portionem legitimam reliquendo officio suo, quoad illos lucuoso, dulci quoad hos defungi iussit N. 115. cap. 3. § 4. In omnia quidem alia abit STRAVCHIVS in diff. Iust. d. 9. apb. 38. iusque antiquum muratum negat atque pernegrat, argumentis vñus, quae minor suscepisse BERGERO Oecon. iur. L. II. T. IV. n. 1. vt non haberer, quae obuertere posse, nisi solam vñualem interpretationem. Sed longius a persona ICti absunt, quibus momentum cauſae fundat ORTW. WESTENBERG Diff. IV. de Port. Leg. §. 8. verbis: debent ergo liberi & parentes si nulla exheredationis cauſa adsit heredes institui, quod non negatur, sed an in portione legitima? hoc utique ibi (scil. in cit. N.) non dicitur. Quid enim si quis filium una cum aliis heredem instituerit, eique portionem legitimam vt eam præcipuum habeat, legauerit? boccine in cauſa erit, vt ultima voluntas effectum non habeat. Ceterum quum sine fontica cauſa a portione sua legitima neminem excludi fas sit, sive in totum sive in tantum, legitima sane portio sine omni onere relinquenda est. Iure igitur meritoque quicquid facultatem pro arbitrio de ista disponendi restringit, diem adeo, conditionem, modum, legarum, fideicommissum detrahi iubet IUSTINIANVS l. 32. 36. pr. & §. 1. C. de inoff. test.

§. II.-

Legitima portio ex lege debetur etiam citra respectum ad vñimae voluntatis dispositionem (§. I.). cundum Quare si etiam ex testamento portionem hanc quis quem legi saluam habeat eandem tamen etiam ab intestato certima deser- pisset. Vnde cui legitima portio debetur, ab intestato tur. is succedere possit, necesse est. Eo igitur ordine, quo successio ab intestato defertur, ad portionem hanc vocandi sunt, qui eius capaces.

A 3

Cave

## 6 De effectu querel. in off. test. iuxta ord. edict. success.

Cave calculum prioris propositionis convertent adas: Qui ab intestato succedere potest, portionem etiam legitimam capit, aut: quo ordine propinquui se in successione ab intestato excipiunt, eodem etiam ad legitimam portionem vocantur. Neutrū enim procedit. Non prius; legitima enim non in tertio gradu lineae obliquae proximiорibus terminaretur. Quod prudentes efferrunt: argumentum a successione legitima ad legitimam portionem negatiue, non affirmative valet. Neque posterius; filii sane fratrum defuncti germanorum legitimam partem prospiceremus, aut cum ipsis fratribus germanis atque adscendentibus, aut prae fratribus consanguineis vterinisque, quibus leges non prospixerunt. Si nihil non absque auctoritate DD. loqui nefas, vide *MENOCH. L. 2. cons 153 n. 18. VINN. ad §. I. I. de inoff. num. 3.* Quin legitimam regi in omnibus a causa intestati nec glossam fugit *ad l. 8. §. II. ff. de inoff. test.*

### §. III.

*Legitimae  
portionis  
species.*

Legitima portio non cadit nisi in tertio gradu lineae obliquae proximiores (§. I.). Verum defuncto proximiores sunt vel quoad totam lineam vel non. Posteriori casu *legitima portio fratrum sororumque est*, priori vero vel adscendentem vel descendenter. Illo casu *parentum*, hoc vero *liberorum legitimae portio dicitur. l. 21. C. de inoff. test.*

Prae aliorum legitimae portionis definitionibus, praecipuum in conceptu eiusdem est, quem euolutum dedi, quod ex eodem prono, quod aiunt, aliue species iusto nec plures nec pauciores descendant, quam alii tantum sumant, legitimam portionem non competere, nisi liberis, parentibus, fratribusque atque sororibus. Edicto successorio in inofficio testamenti querela mouenda locum infra vindicaturum viam hec munire, ordinemque iuxta quem legitima

*legitima portio defertur leui saltim penicillo adumbrare  
me oportebit.*

§. IV.

Liberi vel a parentibus, de quorum successione *Liberorum* queritur, ex iustis nuptiis procreati sunt, vel non. *divisor.* Priori casu *legitimi* sunt. Posteriori vero vel iura legitimorum adceperunt vel non. Si hoc, *illegitimi*, sive illud, vel adceperunt per adoptionem vel per legitimationem. Piores *adoptiui* posteriores *legitimati* audiunt. Liberi illegitimi vel ex eiusmodi personis progeniti, inter quas propter coniunctionem licitum nullum connubium consistere potuit, vel non. Priori casu *ex damnato coitu nati* dicuntur. Consistere autem non potuit licitum connubium propter coniunctionem vel inter ipsos concubentes vel inter unum concubentem & alium quendam obuiam seu propter statum coniugalem alterius. Illo casu, *incestuorum*, hoc vero *adulterinorum*, nomine veniunt. Posteriori casu vel certo patre vivuntur vel incerto. Si prius, *naturales*, sive posterius *spuri* vocantur. Deinceps liberi vel immediate parentibus vitam adcepit, vel non. Illi *primi gradus*, hi vero *ulteriorum* dicuntur. Vtrique vel post hereditatem ascendentis alii efficaciter destinatae demum legitimae portiones exigendae iure gaudent, vel non. Piores *posthumorum* nomine insigniuntur.

Defudauit HVER. in Prael. ad ff. t. de lib. & postb. §. i.  
in eruenda postumi notione quasi etiam posthumos  
omnes sub se comprehendente. Definit igitur eundem:  
qui post testamentum factum ins sui heredis est natus.  
Sed rite negotiorum abstractionis consecuisse non videtur.  
per.

### 8 De effectu querel. inoff. test. iuxta ord. edict. success.

permagnum quidem usum non adserit, fateor, varias posthumorum species ad viuum resecare. Verum etiam, quod discere superuacuum est, verba sunt SENECAE L. 6. de ben. c. 1. prodest cognoscere. Quare ex facili a me impetrare potui, ut sequentem posthumorum synthesis intersererem: Posthumi nimurum vel post mortem patris naturalem naturaliter nascuntur vel non. Illo casu posthumi veri, hoc vero quasi posthumi dicuntur. Quasi posthumi vel ciuiliter nascuntur vel non. Priori casu quasi posthumi ciuiles, posteriori vero quasi posthumi in specie sunt. Quasi posthumi in specie tales vel post mortem ciuilem parentis gigantunt vel non. Piores Corneliani sunt, posteriores vel nepotes sunt vel non. Hoc casu sunt quasi posthumi primi gradus, illo vero vltiorum gradum. Quasi posthumi vltiorum gradum vel praemortuo filio nati post mortem avi vel non. Priori casu Aquiliani, posteriori vero vel post testamentum avi nascuntur vel non. Hoc casu, Velleiani ex 2do capite, illo vel praemortuo filio nati vel non, Priori casu Velleiani ex 1mo capite, posteriori vero Saluiani audiunt. Vide l. 29. pr. §. 13. 15. 11. de lib. Et posth. l. 15. de ini. rupt.

### §. V.

Liberis le. Legitima liberorum liberis legitimis primi gratimis pri- dis, iusta quare excludantur deficiente caufa, intuitu mi gradus, utriusque parentis debetur. Legitima portio iuxta legitima ab eum ordinem liberis defertur, quo iudem illi ad successione ab intestato vocantur (§. II. III.) sed ea successione intestatae ratio isque ordo est, ut liberi legimi, quos nemo gradu praecedit, qui hereditatem praeciperet, parentibus omnibus ante reliquos cognatos qua tales succedant. N. u8. c. 1. Verum iusta, quare excludantur caufa obvia legitima portio relinquitur nihil necesse est (§. I.). Liberis igitur, iusta, quare

quare excludantur, caussa deficiente, legitimis, quos gradu nemo in eadem cum ipsis linea antecedit, legitima portio ratione vtriusque parentis debetur. Sed liberis primi gradus gradu nemo antecedit (§. IV.). Legitima igitur portio liberis legitimis primi gradus, iusta exclusionis deficiente caussa, intuitu vtriusque parentis debetur.

Vide N. 1. praef. §. 2. Emancipati olim praetorio saltim iure legitimae portionis participes erant. Sed secundum N. 118. iuxta quam heic statuendum, nihil eorum a suis discrepantiae est. Ceterum quum de legitima portione relinquenda quaestio est, semper iusta, qua rite excludens vtatur, deficiat caussa oportet. Quod semel heic notasse etiam in sequentibus sufficiat.

### §. VI.

*Liberis primi gradus naturalibus legitima portio Liberis ratione matris in distinete, spuriis autem ratione naturalibus tris non illustris liberos legitimos habentis debetur. Et spuriis a Liberi enim naturales intuitu matris indistincte, spuriis a matre legi- rii vero si mater non illustris liberos legitimos ha- debetur.*

Sed liberis legitimis primi gradus ratione matris legitima portio debetur (§. V.). Liberis igitur naturalibus indistincte, spuriis autem si mater non sit illustris legitimos liberos habens, intuitu matris legitima portio debetur.

Confer. l. 5. C. ad SCt. Orfit. §. 3. I. eodem l. 29. §. 1. de inoff. test. Adoptiui quatenus adoptioni patriae potestatis effectus inest, pari iure legitimam portionem a patre exi- gendi iure gaudent. Vide §. 2. I. de inoff. test. Idemque de plena legitimatione dicendum venit. Quumque mori- bus, quod vulgo DD. etiam de iure rom. recentiori, sed fru-

10 De effectu querel. in off. test. iuxta ord. edict. success.

stra statuunt, vide N. 74. c. 1. legitimi antea nati illegitimus legitimatiōni non obstant, concurrere interdum contingit cum liberis legitimis antea natis legitimatos. Quo quidem casu legitimae portionis demum iure gaudent, salua sua prioribus legitima portione, neutquam vero, qui error quorundam est, praecipua.

§. VII.

*Varii quo-  
ad liberos  
vleriorum  
graduum  
casus.*

Quod ad liberos posteriorum graduum tam legitimos intuitu adscendentium a patre matreque, quam illegitimos intuitu adscendentium maternorum adtinet, varii a se inuicem separandi sunt casus: si enim liberi posteriorum graduum adfunt, intermedii existant necesse est. Iam intermedii vel adhuc superstites sunt, vel non. Si superstites, vel ipsi legitimam portionem praecipiunt, vel non. Si non superstites vel liberi posteriorum graduum intermediorum obligationes explere tenentur, vel non.

§. VIII.

*Quid obti-  
neat, si in-  
termedii  
nulli super-  
stites.*

Si nulli intermedii superstites sunt, liberis legitimis posteriorum graduum ab adscendentibus tam a patre quam a matre legitima portio relinquenda est. Si enim nulli intermedii superstites, liberi legitimis posteriorum graduum ad successionem adscendentium tam a matre quam a patre ab intestato vocantur N. u8. cap. 1. Sed quo ordine liberi ab intestato succedunt, eodem ipsis legitima portio defertur (§. II.). Si itaque nulli intermedii superstites sunt, liberis legitimis posteriorum graduum ab adscendentibus tam paternis quam maternis relinquenda est.

Vide sis N. 1. praef. §. 2.

§. IX.

## §. IX.

*Si intermedii superstites actu legitimam portio Quid, si su-  
nem non praecipiunt, nec liberi posteriorum graduum persites le-  
gitimi intermediorum obligationes explere tenentur; legitimam  
ad liberos eiusmodi legitimos ex quorumcunque adscen<sup>n</sup>on praeci-  
dentiū hereditate legitima portio pertinet. Proxi-<sup>punt?</sup>*  
mori enim omittente iuxta ordinem intestati suc-  
cessio proxime sequenti, quatenus omittentis obliga-  
tionem explere non tenetur, defertur (*per vulg. iur.  
pr.*). Liberi ergo legitimi posteriorum graduum  
data sub hypothesi ad quorumcunque adscendentium  
hereditatem ab intestato vocantur (§. IV.). At quo  
ordine ab intestato succeditur, eo etiam liberis legit-  
ima portio debetur (§. III.II.). Liberi igitur pesterio-  
rum graduum legitimi, intermedii legitimam por-  
tionem non praecipientibus, intermediorum in obli-  
gationes explendas non succedentes legitimam por-  
tionem ab omnibus adscendentibus exigendi iure  
gaudent.

*Confer. l. 5. §. f. si tab. test. null. l. 1. §. 5. de coniung.  
cum emanct. lib. l. 1. §. 10. 11. de edit. succ. arg. §. 7. I. de leg.  
adgn. succ. l. f. C. unde lib. Quin idem de naturalibus  
spuriisque adscendentium a matre intuitu dicendum sit,  
memor principii, quo in dem. ad §. 6. vsls sum, nullus  
dubitatur. Dicam, quam nobis scripturi sunt, quorum  
ex sententia edito successorio locus demum est in perso-  
nis non eiusdem, sed diversi ordinis, ex facile praevideo.  
Sed infra item contestabor plenius discutiendam Heic  
saltim virgeo l. 31. pr. ff. de inoff. test. vbi YAVLLVS: si it  
quid admittitur ad accusacionem nolit aut non possit adcausa-  
re, an sequens admittatur videndum est; Et placuit posse, ut  
fiat successioni locus. Sane quem deinceps probatum dabi-  
tur, retro a querela inofficioi testamenti ad ipsum legitimae  
portio.*

12 *De effectu querel. inoff test. iuxta ord. edict. success.*

portionis ius validum argumentum necit; Item tam generatum statuisse, ut casus quoque, qui obuersatur, decisio inde peri queat, nisi talpa coecior nemo non videt. Deinceps quum omnis vis argumenti inde resulteret, quod hoc ordine ad successionem ab intestato vocentur, attamen iam, qui inter adgnatos a latere familiam ducunt, proximioris omittentis locum subeant. §. 7. l. de leg. adgn. succ. immo parentes defuncti, liberis legitimam portionem non praecipientibus, eandem exigere possint. l. 14. ff. de inoff. test. certe nisi me omnia fallunt, multo magis de descendenteribus hoc dicendum venit, quippe qui in successionibus fauore reliquos multo superant. Confer. MERLIN. de legit. L. 1. T. 2. qu. 10. sq. Id equidem inficias non eo, ius praerorium demum eiusmodi successionem intestatam iisdem indulisse. Vide enim l. 1. §. 8. ff. de suis & legit. atque l. f. C. unde lib. Interim, quae adserui, in viridi esse obseruantia testatur STRYK. tract. de succ. ab int. D. I. C. II. §. XXVI. Cererum est haec communis omnium sequiorum successionis hypothesis, eosdem proximiorum omittentium heredes non esse, quam vel ideo semel tantum indigitasse sufficiat.

§. X.

Legitimam liberorum excipit legitima, si qui sunt, parentum. Sed distinguendum: si adscendentes defuncti adsunt vel descendentes eius legitimam portionem praecipiunt, vel non. Si non praecipiunt vel per pupillarem substitutionem excluduntur vel non. Si non excluduntur, vel primi gradus sunt, vel vltiorum. Si vltiorum, vel intermedii superstites sunt, vel non. Si superstites, vel legitimam portionem praecipiunt, vel non.

§. XI.

*Si descendentes defuncti legitimam portionem non praecipiunt.*

*Quando legitima por-*

*praecipiunt, parentibus liberorum legitimorum primi gradus, quos nulla substitutio pupillaris submonet, omni bus legitimis legitima portio debetur.* Is legitimorum here morum lidum succedendi ordo est, ut, descendenteribus nihil liberorum praecipientibus, ad ascendentibus legitimorum omnes deueluatur successio, quos proximior eius ordinis nemo antecedit. *N. 118. c. 2. l. 1. §. 10. ff.*  
*de edict. succ.* Verum enim vero parentes iuxta ordinem successionis ab intestato ad legitimam portionem percipiendam vocantur (§. III. II.). Sed substitutio pupillaris parentes quosdam a legitima portione interdum excludit *l. 8. §. 5 de inoff. test. c. 1. de testam.* in 6. Si igitur descendentes defuncti nullam legitimam portionem praecipiunt, parentes legitimorum, quos proximior nemo antecedit nullaque substitutio pupillaris excludit, legitimae portionis iure gaudent. At proximiiores parentibus liberorum primi gradus non dantur (§. IV.). Satis ergo adsertum manifestum est.

Vide *l. 14 ff. de inoff. test.* Olim quidem, quin ex ipsa Imperatoris nostri constitutione *l. vlt. C. comm. de success.* fratribus defuncti germanis atque consanguineis parentes eiusdem posthabebantur *l. 4. C. de bon. quae lib.* Sed excepta post *N. 118* omnis fratrum praे parentibus prærogativa, germanorumque is favor est, ut tantum non excludantur. Eandem legitimam portionem matri naturam liberorum spuriorumque, quam descendentes eorum nulli praecipiunt deberi vix est, quod moneam. Ceterum communis omnium, qui in sequenti linea existunt, hypothesis est neque liberos defuncti legitimam portionem praecipere, neque ipsos substitutione quadam pupillari submoueri. Quare iterum compluries eandem interserere sufficimus.

14 De effectu querel. inoff. test. iuxta ord. edict. success.

§. XII.

*Quando-* *Si nulli intermedii superstites, aut superstites qui-*  
*nam paren-* *dem, sed nullam legitimam portionem praecipiunt, ad-*  
*tibus remo-* *scendentibus liberorum legitimorum vteriorum gra-*  
*torum* *duum omnibus legitima portio debetur. Propositio*  
*graduum?* *simul manifesta est, ac eandem ad principia quibus in*  
*demonstratione theorematis praecedentis vſus sum,*  
*exegeris.*

Pari iure intuitu naturalium spuriorumque adſcenden-  
tes a matre censi, ſatis, opinor, ex demonstr. ad §. 6. ad-  
paret.

§. XIII.

*Varii in le-* *Agmen claudit fratrum ſororumque legitima*  
*gitima por-* *portionem fra-*  
*tionem fra-* *nimirum ſi fratres ſororesque defuncti adsunt, vel*  
*trum deſe-* *turpis persona testamento fratribus ſoribusque in-*  
*renda ca-* *tegrae famae praelata eſt, vel non. Si prius, fratres*  
*fus.* *ſororesue vel germani ſunt, vel non. Si non germani,*  
*vel adſcedentes aut fratres ſororesue germani le-*  
*gitimam portionem praecipiunt, vel non.*

Si qui communi ſtipiti ſubſunt, eidem vel vna immedia-  
te ſubſunt vel non. Personas, quae simul communi ſtipi-  
ti immediate ſubſunt, ſi mares, fratres, ſi foeminae, ſo-  
rores adpellari, nec vulgus ignorat. Iam autem vel vni  
ſtipiti communi tantum ſubſunt, vel non. Posteriori ca-  
ſu ex vulgari vſu germanorum, priori vero prout ſtipes  
hic vel pater vel mater eſt, illo caſu consanguineorum, hoc  
vero vterinorum nomine veniunt. Non iidem prorsus  
olim his terminis responderunt significatus. Germanos  
etiam, qui eodem patre, quamuis diuersa matre, vtuntur,  
adpellatos fuſſe ex CATO Inſtit. Lib. II. T. VIII. §. 3. & 5.  
dicitur. Vide §. 4. I. de ſucc. adgn. Consanguinos au-  
tem ſub ſe germanos & consanguinos in ſenſu, quem ex

vſu

usu vulgari euolutum dedi, comprehendisse videre est ex  
PAVLO L. IV. Sent. t. 18. §. 15. quin ipse Imperator §. 1. I. de  
leg. adg. succ. ab hoc sensu non abhorret. Vtus horum  
quae in medium prolata, mox adparebit.

## §. XIV.

*Si turpis persona testamento heres instituta fratres sororesque germani integrae famae, soli, si nulli fratribus parentes, quibus legitima portio debeatur, concurrunt, germanis si secus, vna cum iis legitimae portionis iure gaudent.* Quando  
*Iuxta ordinem intestate successionis; simul cum ascendentibus, si qui sunt, fratres sororesque germani ad hereditatem vocantur, soli eandem capturi, si parentes defuncti, qui in partem vocarentur, deficiunt.*

*N. n. 8. c. 3.* Verum iuxta intestati ordinem legitima portio fratribus defertur, quatenus eius capaces sunt (§. III. II.). Sed si turpis persona testamento heres instituta, fratres sororesque integrae famae legitimae portionis demum capaces sunt. *I. 27. C. de inoff. test.* Si ergo turpis persona testamento heres instituta, fratribus germanis integrae famae vel solis, vel vna cum parentibus legitima portio debetur.

Vide §. 1. I. de inoff. test. Genuina, quam CONSTANTINO adcepit ferimus, dispositio existat in I. I. C. Theod. de inoff. test. Sed variis laciniis, partim ex solo suo ingenio perfectis, partim ex alia CONSTANTINI constitutione I. 3. C. Theod. codem obuia deerptis passim adfutis eandem codicis inseruit TRIBONIANVS I. 27. C. eodem vbi: *fratres vel sorores virginis ab inofficio actione contra testamentum fratris vel sororis, penitus arceantur: confanguinei autem, durante agnitione vel non, contra testamentum fratris suis vel sororis de inofficio quaque actionem mouere possunt, si scripti heredes insaniae, vel turpitudinis vel leuis notae maculae adpercantur.* Conuenienter quidem virginis legitimae portio-

16 *De effectu querel. inoff. test. iuxta ord. edict. success.*

portionis ius denegat **CONSTANTINVS**, non aequo, suggerente forsitan **TRIBONIANO**, **IVSTINIANVS**. Sed vide *schol. ad §. 15.* Quum ille germanis legitimam portionem, olim simpliciter relinquendam, demum concederet, si turpis persona instituta; hic mutato nomine germanis consanguineos substituit. Quod ipsum ansa fuit quibusdam statuendi, germanis legitimam portionem sine discriminé heredis instituti deberi, consanguineis autem demum, si institutus turpitudinis macula adpersus. Vide *HERTIVM* *dissert. de fratr. germ. quer. inoff. adu. quoscunq. s. 2.* Verum quum vtriusque termini significatum, ut cuius genus exprimit vulgo dictorum germanorum consanguineorumque, iam supra *schol. ad §. 3.* notauerim in iure vsu venire; quin idem in *cit. l. 1. C. Tb.* tam, quam *cit. l. 27. C. Inst.* intelligendus sit, est, quod tanto minus dubitemus, quanto certius, solum olim adgnationis vinculum ad successionem ciuilem conductuisse, cognitionis fere non habita ratione. **CON-**  
**STANTINVS** porro durante adgnatione fratribus aditum reseravit, **TRIBONIANVS** querelae, ea etiam non durante, locum esse intertextit. **CONSTANTINI** certe constitutio-  
nem ad ipsius tempora sapientem, suis temporibus aptare satagit: non quidem, quod iam tum omne discriminem adgnationem inter atque cognitionem sublatum, qui quo-  
rundam error est, sed quod ex lege **ANASTASIANA** fra-  
trum successioni amplius non obfusse emancipationem ani-  
maduerterit. Vide *§. 1. I. de succ. cogn. l. 11. C. de leg. ber.*  
*l. 4. C. de leg. tut.* **CONSTANTINVS** denique legitimae por-  
tionis iure instituit, si scriptus heres, cui detestabilis tur-  
pitidinis notam inustam esse confiterit. Sed in leuis no-  
tac atque infamiae maculam mutat **TRIBONIANVS**. Vide  
*l. 3. C. Theod. eod.* Sed vide sis omnium hac de re disser-  
tentem *Perillufr. CANCELL. BOEHMERVM* *dissert. de quer.*  
*inoff. fratr. cons. §. 15. seq.*

§. XV.

## §. XV.

*Si adscendentes defuncti aut fratres eius germani Quando  
legitimam portionem non praecipiunt; sub hyp. §. fratribus  
praec. fratribus atque sororibus integrae famae vterinis unilatera-  
indistincte, consanguineis vero legitime natis legitima libus legiti-  
portion debetur. Si nulli, neque adscendentes, neque ma portio  
germani hereditatem praecipiunt, quique germano-  
rum iure gaudent, eorundem filii, fratres vterini in-  
distincte l. 2. unde cogn. consanguinei vero legitime na-  
ti ad successionem fratris defuncti vocantur N. 118. c.  
3. 4. §. 7. I. de leg. adgn. success<sup>o</sup> Sed quo quisque or-  
dine ab intestato succedit, eodem, qui legitimae por-  
tionis capax est, eamdem capit (§. II.). Verum filii  
fratrum sororumque legitimae portionis incapaces  
sunt (§. I. III.) atque ipsis fratribus integrae famae ius  
eandem exigendi tribui nequit, nisi turpis persona  
heres scripta (per démonstr. ad § praec.). Quare da-  
ta sub hypothesi fratribus sororibusque integrae fa-  
miae vterinis indistincte, consanguineis vero legitime  
natis legitima portio debetur.*

Cae confundas hereditatem intestatam praecipere at-  
que praecipere legitimam portionem. Illud sane filiis fra-  
trum germanorum concedimus, hoc autem negamus at-  
que pernegamus. CONSTANTINI tempore nulla vterino-  
rum ceu cognatorum intuitu legitimae portionis exigendae  
ratio habebatur. l. 1. C. Tb. de inoff. test. Quum autem FLA-  
VIVS noster pari cum consanguineis ac germanis iure vteri-  
nos instruxerit, l. 15. §. 2. C. de hered. tanto magis constitu-  
tionis Imperatoris sui immemor fuisse videtur TRIBONIA-  
NVS, dum sanctionem CONSTANTINI vterinos a querela  
excludentem in codicem repetitas preelectionis irrepre-  
passus, quanto magis eandem, quoad consanguineos, legis

C

ANA-

18 De effectu querel. in off. test. iuxta ord. edict. success.

ANASTASIANAE calopodio calceare non dubitauerit. Vide schol. ad §. praecc. Sed quantumvis cognatorum adgnatorumque discrimen prorsus sustulisset imperator. N. 118. c. 4. ideoque iam pari iure veterini cum consanguineis censeantur; praerogatiuam tamen germanis fratribus p[ro]p[ter]e vniuersalibus cit. N. c. 3. statuit, secundum quam & heic statuendum fuit.

§. XVI.

*Notio ordinis edicti successoris eiusque dispositio.* Si plures ad successionem defuncti vocantur, vel vocantur ex testamento, vel non. Si posterius; vel ita vocantur, ut proximiori omittente, proxime remotiori successio deferatur, vel non. Priori in casu, ordo qui seruatur est edicti successorii. Proxime remotior vel in eadem prorsus adhuc linea est, vel non. Illo casu edictum hoc successioni locum facit, gradus in gradum; hoc vero ordinis in ordinem.

Latiore sensu ordo edicti successorii heie sumitur, quum & ultra successionem praetoriam extendatur. Vide §. 7 I. de leg. adgn. succ. tt. ff. de edicto succiss. Sed extensionem magis adhuc sequentia suadebunt.

§. XVII.

*Locas ei est.* Si quis, cui proximiori legitima portio defertur in legitima eadem non praecipit, in percipienda legitima portione portione, ordini edicti successorii, tam gradus in gradum, quam ordinis in ordinem locus est. Si proximior legitimam non praecipit, proxime remotiori eadem percipienda defertur tam in eadem prorsus linea quam diuersa existenti (§§. V-XV.). Verum, si successio ita defertur, ut proximiori ab intestato heredi omittente, proxime remotiori locus fiat, sive in eadem linea sive diuersa existenti, ordo obtinet edicti successorii tam gradus in gradum, quam ordinis in ordinem (§. XVI.).

(§. XVI). Si ergo proximior legitimam portionem non praecipit, eadem defertur iuxta edicti successorii ordinem, tam gradus in gradum, quam ordinis in ordinem.

Vide scholium ad §. 9. l. 3. §. 5. de bon. poss. contr. tab. l. 1.  
§. 10. de succ. edict. l. 14. de inoff. test.

### §. XVIII.

A legitima portione tertio gradu lineaे obliquae *Ex heredatō* proximiōres sine fontica cauſa excludi nequeunt *tionis notio* (§. I.). Ponamus igitur eosdem esse exclusos, vel *eiusque spe* ab integra legitima portione exclusi sunt, vel minus. *cies.*

Si prius, *exhereditatos* eosdem dicimus. *Exhereditatio* itaque ex actus, quo ab integra legitima portione, is, cui delata est, exclusus. Si ergo exclusus est, vel exclusio ex eo tantum intelligitur, quod alii ex astē heredes in testamento scripti sint, vel non. Priori casu exhereditatio haec, *praeteritionis*, posteriori vero *exhereditationis in specie* nomine venit. Exhereditatio in genere vel modo legib⁹ praescripto fit, abstrahendo a veritate cauſae, vel non. Si prius rite facta dicitur l. 8. §. 2. de bon. poss. contr. tab. Ex quibus circa pulueris iactum intelligimus, *tam exhereditationem in specie talem, quam præteritionem in rite factam & non rite factam dispisci posse.*

Latiōri quidem sensu exhereditationis vocabulum sumitur, adeo, vt etiam in eum cadat, qui saltim ab hereditate, vel eius parte exclusus est, qua alioquin potitus fuisset. Confer. l. 27. ad L. Falco. Sed exsulat, si qua de inofficio testamento quaestio est. Quare si quis eum, cui legitima portio debetur, ad legitimam vsque exheredauerit, cuius tenoris testamentum mulieris Wolfenbüttelensis refert

20 De effectu querel. inoff. test. iuxta ord. edict. success.

*Illust. a LEYSER. spec. 356. tb. 7. hoc sensu sane non exheredauit.*

§. XIX.

*Modus ex-  
heredandi  
& praeter-  
cundi leg.  
praescri-  
ptus.*

Exheredatio rite facta modum seruat legibus praescriptum (§. XVIII.). Sed iure nouissimo *modus in specie exheredandi* ita comparatus est, ut quibus in linea recta existentibus, primo omnium loco legitima portio defertur, eorum exheredatio, inserta testamento causa exheredationis ex N. 15. defumta, exheredandoque in specie determinato, ita fiat, ut, nullo euento inspecto, praeteriti dici possint. Confer. l. 18. pr. inf. de Bon. poss. contra tabul. *Modus autem legibus (& quidem nouissimis) praescriptus in praeteritione* is est, ne saltim ii practereantur quibus primis in linea recta legitima portio debetur.

Qui naturam querelae in officiisi testamenti secundum editum successoriorum instituendae exploraram sibi reddere cupit, sane modum praeteritionis, quem euolui atque DD. quantum ego quidem adhuc scio. Saltim vulgo inculcare non solent, insuper habere nequit. Quum enim ordinis editi successorii saltim ordinis in ordinem locum concedant, plurimorumque animis ea sedeat sententia, parentes iure nouissimo, aut instituendos esse, aut exheredandus, si testamentum non esse debet nullum; sane ignorata hac praeteritionis forma, eos fugere videtur, qui fieri possit, ut liberis exhereditatis omnientibus, in parentes praeteritoris deuoluatur querela. Ceterum ex forma exheredationis in specie talis delineata facilissimo negotio reliqua deducuntur. Periculum breuissimis faciam, ut nostro principio subnixa adpareant, quae vulgo ad exheredationis formam requirunt. . Nimurum 1) nominatim seu addito charactere, quo satis a reliquis distingui possit exheredandus l. 1. 2. 3. pr. ff. de iniust. rupt. exheredationem esse instituendam

dam 2) causam ex N. 115. desumtam testamento inferendam, immediate fere ex definitione constat. 3) Pure eandem esse ineundam volunt. Sed iura Caesarum ignorare videntur cum ignarissimis, qui hic subsistunt. Vnde tenendum: Liberos parentesque, quatenus legitima portio primo omnium loco iis desertur, tam sub conditione institui possunt, quam exheredari, dum priori casu sub contraria conditione in specie exheredentur, in posteriori vero instituantur. l. 4. C. de instit. Et subst. Si enim sub conditione instituti, nec in casum deficientis conditionis, seu sub contraria conditione exhereditati certe, quum conditio deficere possit, tum nec in specie exhereditati sunt, (per hyp.) neque etiam instituti, quoniam inutila institutio est, deficiente eius conditione. Iam autem coheres testamento scriptus est, vel non. Priori casu iure ad crescendi heres exesse esset, posteriori vero ab intestato succederent sub conditione instituti. Quem autem admodum in illo casu frustra exclusio villa concipitur, ita haec exclusio ex eo tantum colligeretur, quod alius exesse heres. Sed tum praeteriti sunt (§. XVIII.). Verum frustranea eiusmodi personarum præterito est (§. XIX.). Quum itaque defectus conditionis sic instituti ab hereditate non arceat, in irritum cadit conditionata haec heredis institutio. Simil autem atque sub contraria conditione in specie exheredantur, cessat huius-ee rei ratio. Parentes igitur liberique sub conditione institui possunt, si sub contraria in specie exheredentur. Q. e. Imum. Si autem sub conditione exhereditati, nec tamen sub contraria instituti; Quum conditio deficere possit, eaque deficiente, quicquid ab ea penderat, in incassum cadat; sane idem quoque de hac exheredatione in specie tali dicendum esset. Sed neque sub contraria conditione instituti sunt (per hyp.) Ergo euentu quodam inspecto praeteriti (§. XVIII.). Quod quum sit absurdum (§. XIX.), obuiam autem eiatur, si sub contraria instituantur; nulli non patet, exheredationem in specie talem sub conditione

22 *De effectu querel. inoff. test. iuxta ord. edict. success.*

tione fieri posse, dum sub contraria instituantur. Q. e.  
Hdum. 4) *A tota hereditate arcendi sunt exheredati seu*  
*nulla eius pars cum legitima portione homogenea relin-*  
*qui debet.* Confer. l. 19. ff. de ib. & postb. Rationem  
huiusce rei inde repertendam esse, quod ab integra legitima  
portione exheredandi excludendi sint (§ XVIII.) nemini  
obscurum esse potest. Proinde, si pars hereditatis cum  
portione legitima homogenea reliqua quod deest legitimae  
portioni, ut suppleatur, agendum ex l. 30 C. de inoff. test.  
5) *Ab omnibus heredibus exheres scribendus est.* Confer.  
l. 8. §. 3. de b. p. contr. tab. seu non unus alterius heredum  
institutorum exheredando saltim praferendus, sed ad vnum  
omnes. Sed iure C. determinanda propositio: *in exherede-*  
*datione pure ineunda.* Ratio in aprico est. Si enim non  
ab omnibus heredibus, sed ab uno tantum exheredatus est,  
intentio exheredantis eo collimat, ut exheres scriptus ex-  
cludatur, si is, a quo exheres, heres fuerit. Reuera igitur  
exheredatio conditionata est, quae valida iure C. dum sub  
contraria condizione institutio facta (per n. 3.). In pura  
igitur exheredatione exheres ab omnibus heredibus scri-  
bendus. 6) *Ab omni gradu exheres submouendus est,* seu  
non ab institutis solum, verum etiam a substitutis exher-  
endandus, *sed in pura demum exheredatione.* Manifesta  
omnia sunt ex commate praecedenti. Iam leges determi-  
narunt, exheredationem, aut ante omnem gradum, aut  
post eundem, aut, loco inter utrumque gradum intermedio,  
obuiam ab omni gradu factem esse censendam. Conf. l. 3.  
§. 2. 3. 6. l. 8. ff. de postb. Diuersa autem ratione olim ante  
IVSTINIANVM exheredatio instituenda erat, diuersa tempo-  
re IVSTINIANI secundum ius inter antiquum & N. us. in-  
termedium, diuersa iuxta ipsum nouissimum ius. Sed aqua  
multatum horarum possenda foret, si in hac re pertractan-  
da multus esse vellem. Non est autem, quod perrrita for-  
san atque satis vulgata alicui videatur doctrina, quam heic  
inculcare supersedere potuisse. Ab iniquo enim eius-  
modi

modi rerum arbitrio prouoco ad iudicium boni viri, lectoris nimurum philosophi, nec in arte nostra hospitis. Si modum exheredationis, quam delineatum dedi, ex inde forme negotio cuidam sanctitatem aestimamus, aestimare autem debemus, prono exinde aliueo fluere videtur, uno alteroue requiritorum neglecto, exheredationem nullam ipsumque testamentum ipso iure corrue. Sed, quod solent, dissentunt DD. inter formam iuris veteris atque novissimi distinguentes. Vide PEREZ. ad C. de lib. praet. n. 18. VENN. ad pr. I. de inoff. test. &c. Sed ab errore in viam eosdem reduxit THOMASIVS in not. ad HYBER. prael. ad t. de exher. lib. n. 2.

### §. XX.

Exheredatio rite facta iustum exheredationis Notio testa-causam requirit (§. XIX.). Iam vel usque dum caus menti inof-fa haec, quae falsa est, falsa efficaciter sententia iudicioſi & di-cis declaretur effectu non destituitur, vel non. Si *uifio*. prius; *rite sed inique facta* dicitur. Nulli exhereda-tioni locus est, nisi in testamento §. 2. I. de iur. codic. Quare testamentum quod conditur, vel ita compara-tum est, ut in eodem vel exheredatio rite sed inique facta contineatur, vel non. Priori casu testamentum *inofficium* dicitur. Testamentum inofficium est testamentum, adeoque heredem institutum ponit di-rectum. Sed hoc instituto herede vel potiori ad he-reditatem perueniendi iure gaudet exheredatus, vel non. Priori casu testamentum inofficium *in totum tale* posteriori vero *pro parte tale* audit.

Inde est, quod MARCIANVS l. 2. ff. de inoff. test. adferat inofficium testatorem recte quidem fecisse testamentum, sed non ex officio pietatis.

### §. XXI.

24 De effectu querel. in off. test. iuxta ord. edict. success.

§. XXI.

Notiones  
negotii res-  
cissi resci-  
ndendi re-  
medii res-  
cidentis  
& resci-  
ssori.

Si quod negotium celebratum vel ius, cuius producendi ergo celebratur inde oriundum est, vel non. Priori casu *validum*, posteriori *inualidum* nominatur. Si inualidum vel statim ab initio inualidum, vel non. Si prius *nullum*, si posteriorius, vel ut istud ius cessarit efficaci huius tenoris opus fuit declaratione vel non. Priori casu *rescissum* dicitur. Negotium quod nondum rescissum, attamen cuius rescissio moraliter possibilis concipitur, *rescindendum* dicitur. Si itaque negotium actu rescinditur, vel remedium iudicale, quo utimur tantum ut negotium laudato efficitur destruatur efficit, vel ipsum, quod valido negotio non competebat, persequitur. Priori casu remedium vocatur *rescindens*, posteriori vero remedium *rescissorum*.

Quod nullum hec dixi, in iure multoties rescissum dicitur. Sed impropter eiusmodi significatum merito insuper habeo. Impugnarunt quidem discrimen remedium rescidentis & rescissori, neorericorum interpretum tantum non omnes. Sed extra dubitationis aleam idem illud vindicavit *ILLVSTRISSIMVS SVMMVS REGNI BORVSSE-  
CI CANCELLARIUS L. E. A COCCEI in iur. contr. Lib. IV.  
Tom. II. qu. III.*

§. XXII.

Exhereda-  
tio rite at  
inique fa-  
cta resci-  
ndenda.

Quum itaque exheredatio rite at inique facta, dum causa exheredationis falsa, eatenus legibus improbetur atque iuri exheredati aduersa (§. I. II.); attamen effectu juris ante non destruatur, quam efficaciter causa falsa declarata (§. XX.); ab initio quidem *inualida non est ex heredatio rite at inique facta, sed rescindenda* (§. XXI.)

§. XXIII.

## §. XXIII.

*Testamentum inofficium quoad heredis institu-* *tionem ipsi testatori factam rescindendum est.* Inoffi-  
cioium enim testamentum exheredationem continet *ciosum res-*  
*rite quidem at inique factam* (§. XX.). Sed exhere-  
cindendum  
*dato rite quidem, inique autem facta rescindenda est* & quan-  
*(§. XX.). Verum quatenus exheredatio inualida de-*  
claranda, eatenus etiam ipsum testamentum, quoad  
heredis institutionem ipsi testatori factam, inualidum  
semper declarandum (*per princ. vulg. iur.*). Testa-  
mentum inofficium igitur, quoad heredis institu-  
tionem ipsi testatori factam rescindendum est. Quum  
autem inofficium testamentum vel in totum vel pro  
parte tale sit (§. XX.); in illo autem institutio eius-  
modi heredum obvia, quibus iure ad hereditatem  
perueniendi querens potior est, quosque adeo pror-  
sus excludere potest, quod hoc in casu fecus est (§.  
cit.); *Testamentum in totum inofficium, quoad to-*  
*tam semper heredis institutionem ipsi testatori factam,*  
*pro parte autem inofficium, quoad heredis institutio-*  
*nem, pro parte tantum rescindendum est.*

Vilum hoc quoque fuit MARCIANO l. 2. ff. de inoffic. vbi,  
ne nullum dici possit testamentum, colore saltim insaniae  
opus esse iudicat. Distinguunt ICti, quoties ex arte lo-  
quuntur, testamentum inofficium, quatenus ut rescissum  
consideratur, a reliquis inualidorum speciebus diversis no-  
minibus insignitis. Videamus igitur quemnam scalae lo-  
cum in eorundem synthesis nostrum testamentum occuperet.  
Testamentum nimirum inualidum, vel ab initio inualidum  
est, vel non. Priori casu nullum dicitur. Nullum vel pro-  
pter defectum solemnitatum externarum inualidum est, vel  
non: hoc casu nullum in specie tale, illo vero, *ininstum au-*  
D *dit.*

26 *De effectu querel. inoff. test. iuxta ord. edict. success.*

dit. Posteriori casu vero, vel ob mutationem status ciuilis inualidum, vel non. Prius *irritum*, posterior vel ira comparatum, ut ratio quare inualidum in instituto hereditate sit, vel non. Illud *desstitutum*, hoc vero vel in rite sed iniuste exheredato, vel non. Priori casu *rescissum*, posteriori vero *ruptum* nominatur. Dubia autem, quibus partialis rescissio premitur, infra dispellenda sunt.

§. XXIV.

*Notio querelae inofficiosi testamens.*

Quum autem iura nostra in iudicio persequi fas sit; remedium inde concipimus iudiciale, quo rescissio testamenti inofficiosi intenditur, quod querelae inofficiosi nomine venit. Remedio hoc, vel contra heredem scriptum ex testamento inofficioso experientem opus est, vel non. Priori casu querela per modum exceptionis, hoc vero per modum actionis proponitur.

Confer. l. 8. §. 13. de inoff. test. Natales huius querelae satura lance subministrat HEINECCIVS synt. Ant. rom. lib. 2. t. 18. §. 5.

§. XXV.

*Quid hereditatis petitio unde que oriatur?*

Si qua actio competit, ea vel oriunda est ex iure hereditario, quod persequimur, vel non. Priori casu hereditatis petitionis nomine venit. Quum igitur de iure rom. omne ius hereditarium, aut ex testamento, aut ab intestato competit l. 1.2.3. de her. pet. sicubi causas, in quibus successoria pacta permissa, non obueniunt: moribus autem indistincte pacta successoria probentur; Nulla hereditatis petitio, nisi ex tripli hoc fonte, manare potest.

§. XXVI.

*Num querela hereditatis petitio.*

Querela inofficiosi testamenti non est ipsa hereditatis petitio. Ponamus eandem esse hereditatis petitio-

nem,

nem. Aut igitur ex testamento, aut ex iure hereditario legitimo, aut pactitio oriatur necesse est (§. titio sit? XXV.). Sed non oriunda est ex testamento, quippe quo querens exclusus est (§. XX.). Neque etiam ex iure hereditario legitimo. Quamdiu enim saltim ipso iure validum existat testamentum, ius hereditarium legitimum non competit (*per vulg. pr. iur.*) sed, extante testamento inofficio nonandum rescisso, ipso iure validum existit testamentum (§. XXIII.). Quare quum, instituta modo querela, statim rescisum nonandum est testamentum (§. XXIV.) quin hereditatis peritio non sit ex iure hereditario legitimo intestato, nullis nobis dubitandum est. Neque ex iure hereditario pactitio originem ducere potest. Nihil enim causa hac in re vertitur. Querela igitur inofficii testamenti non est ipsa hereditatis peritio.

Sic quoque a iure hereditario legitimo querelam seu hereditatis petitionem non proficii, argumentari licet: Quamdiu potest ex testamento adiri hereditas, ab intestato non deferatur *l. 39. ff. de Aquir. vel omitt. hered.* Sed tam diu, quam inofficium testamentum instituta querela rescisum non est, potest, quum debeat, adiri hereditas *l. 18. §. 10. ff. l. 36. §. 5. C. de inoff. test.* Adeoque quam diu testamentum inofficium rescisum nonandum est, hereditas ab intestato non deferatur. Sed ubi hereditas delata nonandum est, quo pacto fieri potest, hereditatis petitionem ex eadem nasci?

### §. XXVII.

*Querela inofficii testamenti, qua talis, tantum est* *Est remedium rescindens, hereditatis petitio autem, quae um rescindendam excipit, remedium rescissorum.* Quum, que deus, bere-  
rela inofficii testamenti instituta, testamentum inof-  
ditatis pe-  
ficio.

28 De effectu querel. in off. test. iuxta ord. edict. success.

*titio autem rescissori-  
um.* fiosum rescindatur (§. XXIV.) vel querens hac actio.  
ne simul ius hereditarium persequitur, vel non. Si  
posterior, quum in testamento inofficio exheredatus  
iure hereditario tantum exclusus (§. XX.) ipsum,  
quod valido testamento non competebat, non perse-  
quitur querens. Hoc igitur casu non est, nisi rescin-  
dens remedium (§. XXI.). Si prius, ipsa foret here-  
ditatis petitio (§. XXV.). Quod quum sit absurdum  
(§. XXVI.). Querela inofficii testamenti tantum  
est remedium rescindens. Q. e. Imum.

Quum querela inofficii testamenti remedium  
tantum rescindens sit (per demonstr. praec.) adeoque  
ipsum ius hereditarium, quo inofficio testamento  
exclusi sumus (§. XX. XXVIII.) non euincit (§. XXI.);  
Alio sane opus adhuc est remedio, quo ipsum ius he-  
reditarium persequi detur. Quem quum in finem  
hereditatis petitio institui possit (§. XXIII.); heredi-  
tatis petitione ius persequi possumus, quod, testa-  
mento non rescisso, non competebat. Quare here-  
ditatis petitio, quae querelam inofficii testamenti  
excipit, remedium rescissorum est (§. XXI.).

§. XXVIII.

*Notio actio-  
nis prae-  
ratoria.* Si qua actio datur, vel, antequam institui possit,  
impedimentum quoddam remouendum est, vel non.  
Si prius, vel ut impedimentum tollatur actione alia  
opus est, vel non. Priori casu actio haec prioris  
dicitur *praeparatoria*. Quum itaque iudicio resci-  
ssorio locus non sit, nisi remoto ante per rescindens  
remedium impedimento (§. XXI.); *iudicium resci-  
dens rescissori praeparatorium esse, nulli non patet.*

Sic

Sic v. c. actio ad exhibendum, si inclusio facta, praeparatoria rei vindicationis est.

### §. XXIX.

*Querela inofficiosi testamenti hereditatis petitionis Querela  
querelam excipientis praeparatoria est. Hereditatis hereditatis  
petitio, quae perelam inofficiosi testamenti sequitur, petitionis  
iudicium rescissorium, ipsa autem querela iudicium praepara-  
rescindens est (§. XXVII.). Sed iudicium rescindens <sup>toria actio</sup> est.  
rescissorii praeparatorium est (§. XXVII.). Querela  
igitur inofficiosi testamenti hereditatis petitionis praeparatoria est.*

Quum querelam inofficiosi testamenti cum hereditatis petitione contendimus, maxima inter DD. sententiарum diuertia versamur. Parum certe abest, quin argumentum, vi cuius non potui non querelam inofficiosi negare hereditatis petitionem (§. XXVI.) sannis recentiorum tantum non omnes excipiant. Adcedit in iure nostro haud una lex, quam nobis de re sua confisi cum supercilie, non tamen, quod non diffiteor, sine specie obvertunt. Sed quantumvis communior, que viderur, sententia, querelam scilicet ipsam esse hereditatis petitionem, contra est, tamen in in portu nauigamus. Ante omnia itaque in ipsis legibus euoluendis operam figam, dubia DD. deinceps diluturus. Maximum negotium facessere viderur SCAEVOLA l. 20. ff. de inoff. testam. verbis: *Qui vero de inofficio dicit, nec actiones mouere debet, nec aliam villam, quam hereditatis petitionem exercere.* Sed tanta inde difficultas non est, quam eluari spes omnis decollet. Aperte SCAEVOLAE mens est, quod querelam instituens, testamentumque rescindens, iam si commodo perfaci liber, non possit non rescissorium remedium i. e. hereditatis petitionem mouere. Casum quippe tractat, quo Carboniana bonorum possessio non datur de inofficio dicenti, licet filius ne-

30 *De effectu querel. inoff. test. iuxta ord. edict. success.*

getur: quum eiusmodi possessionem is adcipiat impubes, qui, si vere filius, heres esset l. 3. §. 2. de Carbon. edit. 1.7. §. 3. eodem. Eum itaque addit, qui exheredatus, indeque queritur, actiones nullas forsitan praejudiciales mouere oportere, sola ipsis seruata hereditatis petitione. Sane si quem agere ponimus, quasdam actiones praeterea negamus, vnam autem adhuc concedimus, hanc a priori instituta diuersam concipere, congruum satis est, dum notiones istiusmodi actionum discriminem admittunt. Testor ideo PAVLVM sent. Lib. IV. T. V. §. IV. verbis: Qui in officio sum dicere potest, hereditatem petere non probetur. Sit in officiis actio ipsa hereditatis petitio, nonne, qui hereditatem petere potest, eum posse petere hereditatem dixerit? Idem iudicium esto de verbis VLPIANI in l. 8. §. 8. de inoffic. Et si dicam in officio sum non totam hereditatem debeo, sed dimidiam petere. Sicque coaequamus PAVLVM l. 21. §. vlt. eodem verbis: euicta hereditate per querelam in officio; VLPIANVM l. 27. §. 3. eodem verbis: facultatum, quae per in officiis accusationem pro parte ei vindicabantur; ipsumque Imperatorem l. 34. pr. C. eodem verbis: nulla hereditatis petitione ex nomine de in officio constituta &c. Alieni igitur non sunt texrus laudati ab ea explicatione, vi cuius ipsa intelligitur hereditatis petitio, remoto ante per querelam in officio testamenti impedimento. Frustra igitur HVBERVS ad ff. b. t. n. 1. dilemma quo usus sum (§. XXVI.) eludere tentat, querelam ex iure hereditario legitimo fluere obtendens, euentu inspecto, resciſſo felicer testamento. Quasi in quaestione sit, ex quo fundamento oriatur, dum iam orta fuerit atque effectum naeta. Sane iuris hereditarii intestati impedimentum est in officio sum testamentum, quo usque resciſſum non est. Sed impedita causa, effectus non potest non impediri. Quin si penitus cit. l. 22. de inoff. test. inspiciamus, a nostra parte stat SCAEVOLA. Negat quippe Carbonianam possessionem de in officio dicenti, si vel maxima status controversiam patia.

pariatur, ratione ductus, quod, qui ad eandem admittitur, heres, aut bonorum possessor esse debeat, dum status, cuius quæstio adhuc dilata, recte se habeat. Admittas querelam ipsam esse hereditatis petitionem, Ergo querens, aut heres, aut bonorum possessor est (§. XXV.). An insipidiorem, quam mentem I<sup>o</sup>to obtrudere possemus? sublito.

§. XXX.

*Qui rite sed inique exheredatus est, ei querela in- Cui querela officiosi testamenti, nec alii competit. Qui enim rite competit?* sed inique exheredatus est, intuitu eius testamentum inofficium est (§. XX.). Sed inofficium testamentum leges permittunt rescindi (§. XX.), cuius rescissionis medium, non nisi inofficiosi querela est (§. XXV.). Verum cui ius est ad finem, ei non potest non esse ius ad media, sine quibus finis obtineri nequit (*per pr. iur. nat.*). Quare qui rite at inique exheredatus, ei querela inofficiosi testamenti competit. Q. e. Inum.

Ponamus & aliis, quam quidem rite & inique exheredatis querelam competere. Querela ergo competit, quorum intuitu testamentum inofficium non est (§. XX.). Quod quum sit absurdum (§. XXIV.); alii quam quidem rite at inique exheredati, adeoque non rite aut iuste exheredati frustra ad querelam inofficiosi testamenti confugiunt. Q. e. Illum.

§. XXXI.

Exhereditatio rite at inique facta non cadit nisi in *Competit* eum, cui legitima portio debetur (§. XX. XXVIII. *Liberis, pa-* Quare 1) *liberis tam legitimis quam illegitimis, tam ventibus,* *primi, quam posteriorum graduum, tam natis, quam fratribus-* *posthus queritis sed*

32 De effectu querel. in off. test. iuxta ord. edict. success.

inique ex-  
heredatis. posthumis (§. IV. schol. §. IX.) 2) parentibus siue legi-  
timorum, siue illegitimarum, siue primi, siue vltiorum  
gradum (§. XI. XII.). 3) Fratribus sororibusque, tam  
germanis, quam consanguineis ac vterinis (§. XIV. XV.)  
rite omnibus at inique exheredatis querelam in officiis  
testamenti mouere integrum est.

Confer. quae ad cit. §. §. notata sunt. Iure autem sin-  
gulari quodam testamentum militum gaudere, vix est, quod  
moneam. Ceterum quam fratribus vnlateralibus, insti-  
tutis filiis, germanorum non debeatur, determinatio pro-  
positionis (§. XV.) quae ibi sese subduxerat, adhuc hic no-  
tanda venit.

§. XXXII.

Instituitur secundum ordinem edicti suc-  
cessorii. Si plures exheredati sunt, qui ordine legitimae  
portionis exigendae se inuicem excipiunt, atque proximi-  
mior ex iis rite exheredatus nullam querelam mouet, se-  
cundum edictum successorium in reliquos, iusta exhere-  
dationis causa deficiente, deuoluitur. Si enim ex eius-  
modi personis proximior legitimam portionem non  
capit, iuxta ordinem edicti successorii eadem proximi-  
me sequenti percipienda defertur (§. XVII.). Ponam  
mus itaque plures, qui se inuicem excipiunt, esse ex-  
heredatos, proximioremque ex iis rite exheredatum  
non agere, reliqui iam a legitima ipsis delata portio-  
ne rite semper exclusi sunt (§. XIX.). Quumque iu-  
sta, quare excludantur, deficiat causa (per hyp.), ini-  
que quoque exheredati sunt (§. XX.). Sed rite at  
inique exheredatis querela in officiis testamenti com-  
petit (§. XXX.). Data ergo sub hypothesi proxime  
sequenti querela in officiis competit. Quum itaque  
quando legitima portio iuxta edictum successorium  
defer-

defertur atque proxime sequentes querelam instituere valent, ipsa etiam querela iuxta edictum successorium competere dicatur; si plures exheredati, qui in ordine legitimae portionis exigendae se inuicem excipiunt, proximiorque ex iis rite exheredatus non agit, iuxta edictum successorium querelam deuolui, manifestum est.

Parum autem resert, utrum rite exheredatus proximior queri, aut nolit, aut non possit.

### §. XXXIII.

Quum itaque querela inofficiosi testamenti iuxta Tam gra-  
edictum successorium data sub hypothesi instituantur *dus in gra-*  
(§. praec.) ea ratione, qua edito successorio in exi- *dam quam*  
genda legitima portione locus est (vide demonstr. ad ordinis in  
§. cit.); *Querela inofficiosi testamenti dicta sub hypo-* *ordinem.*  
*thesi in proxime sequentes, nihil, quare exheredentur,*  
*commeritos iuxta edictum successorium tam ratione*  
*gradus, quam ordinis deuoluitur* (§. XVII.).

Vexatissima igitur haec de ordine querelam mouendi  
quaestio supra iam, sed leuiori brachio tacta, heic sub incu-  
dem reuocanda est. Successioni ordinis in ordinem in  
querela instituenda locum esse, haud ira quisque ambege-  
rit, quippe quam diserte leges sanciueret. Confer l. 14. ff.  
de inoff. test. Verum quoad sequentes in eodem ordi-  
ne, diuerso tamen gradu, diuertunt prudentes. Non in-  
fimi nominis dantur, qui editi successorii ordinem in que-  
rela mouenda tantum in sequentibus diuerso ordine ad-  
gnoscunt, inter quos ipsum *cviacivm* in l. 9. §. 2. de lib.  
et postb. & in l. 6. de iniust. & rupt. nominasse sufficiat.  
Arcem causiae suae fere in ipsis legibus ponunt, nimirum  
in l. 9. §. 2. de lib. et postb. l. 6. pr. de iniust. & rupt. l. 4. S.  
i. de b. p. contr. tab. l. 34. C. de inoff. test. Confer PEREL.  
ad C. L. III. T. XXVIII. n. 15. In eandem igitur inuadere me

E

opor-

34 *De effectu querel. in off. test. iuxta ord. edict. success.*

*Explicatur  
l. 9. §. 2. de  
lib. & posth.*

*Explicatur  
l. 6. pr. de  
in iust. &  
rupt.*

oportet in alia omnia abeuntem. PAVLO nimis in *cit.*  
*l. 9. §. 2.* casus obuersarur, quo testator, filio suo exhereditato, nepoteque ex eo iam dum existente praeterito, extraneum heredem instituit. Testator diem suum, obit superflite adhuc filio, ante tamen aditam hereditatem mortuo. Iam vetat nepotem testamentum aui rumpere, ad stipulantibus **IVLIANO**, **POMPONIO**, **MARCELLO**. Leuiter casum immutat **VLPIANVS** *cit. leg. 6. pr.* nepotem supponens in utero tempore mortis testatoris existentem, ante aditam tamen ab instituto herede hereditatem edidit, sed negat, quod ante **PAVLVS**, testamentum adgnascendo rumpi. Confer. *l. 7. pr. si tab. test. null.* Quum igitur nepos in casibus propositis sequens gradu diuerso, eodem tamen ordine sit; non abs re inde colligere sibi videntur, querelam inofficiosi testamenti iuxta edictum successorium intuitu eorum, qui gradus tenus tantum remotores sunt, institutus non posse. Hiatu sane argumentationis intermedio, quem explere, desperata causa est. Quotusquisque enim leuiter saltim animum aduertens est, qui argumentum a negata potestate rumpendi, ad negandam facultatem querendi duci non videat. Ut autem apertius agam, tanta cum specie, quantam nec ipsi, quod sciam, contra sentientes addunt, argumentum ab oculis ponere iuvat. Nimis in specie exhereditatus non est, ille querelam inofficiosi testamenti mouere nequit. At dico in casu posthumus in specie exhereditatus non est. Adeoque haud obscura videtur conclusio, eundem de inofficio dicere non posse. Maiori propositioni inde robur adcedere videntur, quod in eo casu posthumus in specie non exhereditati seu praeteriti, nonnisi rumpere possint testamentum. Quod itaque ubi ipsi postumo negatur, est autem nostro casu negatum, omni videtur ope destinatus. Verum caue, specie decipiaris. Neganda viisque vniuersitas maioris propositionis, in qua vleus fuderet, quod refecandum est. Posthumus enim, vel rite praeteritus est, vel non. Si posterius rumpit

rumpit hoc iure tantum testamentum, idemque illud ipso  
iure euerit: sin prius, vtique, quatenus iusta exheredatio-  
nis causa in eum non cadit, querelam inofficiosi testamenti  
instituere valet debetque (§. XX. XIV.). At vbi filius nepo-  
rem praecedit, idemque rite exheredatus, rite nepos praec-  
teritus censendus est. Adposite igitur & perquam ad rem  
ICtus in cit. l. 6. quare testamentum rumpi non paret, deci-  
dendi ratione vtitur: *quum nec exheredari eiusmodi nepos*  
*deberet ab auo, quem pater praecedebat.* Huic haud absi-  
mili ratione adcipiendum suppoto PAVLVM cit. l. 4. §. 1. de l. 4. §. 1. ff.  
B. P. contr. tab. bonorum possessionem negantem nepoti, de b. p. con-  
quum filius exheredatus fuerit. Sane si recte filius familias tra tab.  
exheredatus, rite ex eo nepos praeteritus sit necesse est. Bo-  
norum igitur possessioni contra tabulas, perendae demum,  
si rite praeteritio sele non habet, sed querelae inofficiosi te-  
stamenti locus relinquitur, si exheredationis fulmen, quod  
cum ferit, non commeritus est (§. XX.). Idemque, opinor,  
innuunt verba ICti: *quia non esset nepos sius heres futurus.*  
Tandem d'spiciendum, quid praesidii aduersae parti, ex cit.  
l. 34. C. de inoff. test. remaneat? Nepotem nimirum ex filio Explicatur  
exheredato absque praeparata querela mortuo a vetustate l. 34. C. de  
neglectum omniq[ue] adiutorio defitatum, suo vigore de inoff. test.  
mum recreatum adseuerat Imperator, dum rationem deter-  
minauerit, qua querela etiam non praeparata in nepotem  
transire potuit. Quod tamen male dixisset, iniiciunt rupu-  
lum, si ad successorium edictum in mouenda querela confu-  
gere nepos potuisset. Verum enim vero nihil hoc ad rem  
adtingit. Menti nobis obuersatur sub communi determina-  
tione: proxime sequens diuerso gradu in eodem ordine,  
nepos, qui ex propria persona testamentum auitum, vt inof-  
ficiosum, impugnare satagit. Neutiquam de nepote quae-  
rimus, qui ceu heres patris sui exheredati nomine contra  
aut testamentum querelam, quae praeparata non erat, mo-  
vere cupit. Sed instat PEREZIVS l. c. si ex proprio persona  
queri potuisset, letarem lausasse Imperatorem, gloriosusque

36 De effectu querel. in off. test. iuxta ord. edit. success.

praedicasse de se suaque liberaltate, quum magis, verba eius sunt, expedit venire ex persona propria, quam aliena. Sed miror haec Viro, satis alioquin circumspecto, excidisse. Quem enimad modum magis sua interdum interest, posse ex propria persona queri, dum ipse quidem ab officiis religionis nunquam declinarit, a qua recessit forsitan ex cuius persona actionem intendit; ita quoque nepoti, digno, qui exheres scribatur, expedit, non suam, sed patris immerito exclusi iniuriam vindicare, querelamque ideo etiam non preparatam mouere. Sed prolixiori iam mihi esse non licet.

§. XXXIV.

*Conclusio  
inde elicita.* Quare, si qua exheredatio plurium rite facta, vel liberi adsunt, vel non. Si liberi adsunt, vel eiusdem gradus sunt, vel non, seu diuersi. Si eiusdem, omnes inique exheredati, nulla obtinente successione, queri possunt (§. XXX. XVI.). Sin diuersi, filio non querente, sive quod non possit, sive nolit, nepos inique exclusus ad querelam admittitur (§. XXX.) &c. Sin nulli adsunt liberi, vel parentes superstites sunt, vel non. Si superstites, liberis non querentibus parentes inique exheredati querelam mouent (§. cit.). Iam autem refert, utrum in eodem gradu, an diuerso existant. Si in eodem, omnes iusta deficiente exheredationis causa queri simul possunt; tunc in diverso, patre non querente, aius iuste non exclusus, admittitur (§. eod.) &c. Utroque hoc casu (tunc nimirum parentes existant, vel minus), vel fratres germani adsunt, vel non. Si prius vel turpis persona heres instituta, quum fratres integræ famae, vel non. Si turpis persona instituta, inique exclusi simul ad querelam vocantur (§. XIV. XXX.). Sin posterius, turpisque persona instituta, parentibus fratri-

fratribusque germanis non querentibus, fratres integræ famae unilaterales, consanguinei atque eterini, si qui sunt, iusta exhereditationis causa deficiente in querelam mouendam succedunt (§§. XV. XXXIII. §. XXXI. schol.)

### §. XXXV.

*Querela inofficii testamenti contra eum institui Contra datur, contra quem deinceps ipsa hereditatis petitione quem experiri fas est. Querela inofficii testamenti remedium rescidens est (§. XXVII.), hereditatis petitio autem eandem excipiens remedium rescissorium (§. cit.). Sed iudicio rescidenti, si quod leges ex peculiari ratione non restrinxerunt, contra eundem uti fas est, contra quem rescissorio experiri satagimus (§. XXI.). Querela igitur inofficii testamenti, quum nulla restrictio doceri queat, contra eum institui potest, quem ipsa hereditatis petitione deinceps pulsare intendimus.*

### §. XXXVI.

*Quum itaque hereditatis petitio contra tertium hereditatis qua talis possessorem institui detur (§. contra tert. XXV.). Querela inofficii testamenti contra tertium iuum. bereditatis qualis possessorum moueri potest (§. praec.).*

Non tantum igitur contra heredem in testamento inofficio scriptum, sive directum, sive fideicommissarium l. 1. C. de inoff. test. quicunque heredis vicem sustinet, siscum l. 10. C. eodem, verum etiam contra extraneum locus est querela instituenda. Vide l. 20. pr. de bon. poss. contr. tab. vbi TRYPHONINVS exheredatum dicit admittendum esse ad hereditatis petitionem ex causa inofficii querelae contra emancipatum (qui scriptus heres non erat) mouendas. Ne que TRYPHONINO contrarius est VLPIANVS in l. 8. §. 10. do inoff.

38 De effectu querel. inoff. test. iuxta ord. edict. success.

inoff. test. querelam ante aditam hereditatem non nasci statuens. Ante enim aditam hereditatem certo non adparer, testamentum inofficium destitutum non iri, cuius, quam rescissionis, maior ratio habetur. Via huc usque munita ad ipsum iam querelae bono fidere instituta effectum investigandum iucedere nos oportet.

§. XXXVII.

Effectus testamenti per querelam rescissi. Si, qui de inofficio dixit, obtinuit, quatenus obtinuit, effectus querelae institutae est successio ab intestato. Si enim mota inofficio querela, querens rescissionem inofficii testamenti intendit (§. XXIV.) Sed querens obtinuit, (per hyp.). Ergo fine, quem intendit potitus est, ideoque rescissum est testamentum (§. cit.). Si negotium rescinditur, effectu priuatur (§. XXI.). Testamentum itaque inofficium, quatenus rescinditur, effectu priuatur. Sed tum successionis intestatae causa obtinet (§. XXV.). Quare si testamentum inofficium rescinditur, quatenus rescinditur, querela successionem intestatam operatur. Sed quatenus querelam mouens obtinet, etenim testamentum rescinditur, (per demonstr.). Consequens igitur est, effectum querelae inofficii esse successionem ab intestato, si querens victoriam reportauerit.

Idem quoque VULPANO l. 6. ff. de inoff. test. visum est, ubi: nam intestatum patrem familias facit obtinens, atque l. 8. §. 16. cod. verbis: si ex causa de inofficio cognoverit iudex & pronunciauerit contra testamentum, nec fuerit prouocatum, ipso iure rescissum est & ius heres erit, secundum quem iudicatum & bonorum possessor, si hoc contendit.

§. XXXVIII.

Vt itaque si testamentum in totum inofficium vel in totum, vel pro idemque illud, quoad totam heredis institutionem ipsi parte.

testatori factam querens rescidit (§. XXV.), *in totum quoque successio ab intestato, quae inde efficitur, obtineat necesse est* (§. XXXVII.); ita si testamentum pro parte inofficium ideoque pro parte tantum illud querens rescidit, *pro parte etiam tantum successio ab intestato inde effectu dubitur* (§. praec.).

Confer si l. 15. §. 2. l. 19. l. 24. ff. de inoff. test. Euenit inde, ut quod ab initio non licuit, ex postfacto non prohibetur. *Ius nostrum, inquit POMPONIVS l. 7. ff. de R. I. non patitur eundem in paginis & testato & intestato decesse.* Prostet inde vulgo inter DD. commentationes regula: *nemo pro parte testatus pro parte intestatus decadere potest.* Sed, quod soler, indeterminata, atque peius, ac ipsis legibus, expressa. Addenda quippe tam in ipsa l. 7. cit. obvia determinatio, quam, quae ex l. penult. §. 2 ff. de castr. pec. haurienda. Indeque propositione enascitur: *nemo paganus ante aditam hereditatem pro parte testatus, pro parte intestatus decadere potest, quae adsero nostro ne hilum refragatur.* Nec sufficere videntur, quae *Illust. HOMMEL. in dissert. de quer. inoff. test. tert. prof. §. 12 seq.* quod pace dixerim tantum alioquin viri, cuius masculum in iure prudentiam merito suspicio, in medium protrulit, ut contra adserendum, quod totidem verbis haud una in lego deprehenditur, testamentum inofficium non nisi in totum rescindi posse euinceret.

### §. XXXIX.

Si testamentum inofficium in medio est, vel unus tantum heres institutus, vel non. Priori casu, *Variis quo-*  
*vel instituto idem ab intestato succedendi ius, quod querenti est, vel non.* Posteriori in casu, si nimirum *ad scriptos*  
*plures scripti sunt, vel omnibus institutis idem ab in-*  
*testato succedendi ius tribuendum, quod querenti*  
*competit, vel non.* Si posterius, vel unus alterius  
*tantum ex institutis exheredato inique praelatus est,*  
*feu*

40 *De effectu querel. inoff. test. iuxta ord. edict. success.*

seu instituti heredes diuersi iuris sunt, si quem cum  
VLEPIANO l. 24. ff. eod. loqui iuuat, vel non. Priori  
casu, vel, qui non inique scriptus, pari ab intestato suc-  
cedendi cum querenti iure gaudet, vel non, veluti si  
intuitu fratrum sororumue exheredatorum, tam tur-  
pis persona, quam honesta heres instituta.

§. XL.

*Quando-*  
*nam succes-*  
*sio ab inte-*  
*stato ratio*  
*querentis*  
*tantum ob-*  
*tineat? pri-*  
*mus casus.*

Si unus pluresque in testamento inofficiose here-  
des instituti, qui pari cum querenti ab intestato suc-  
cedendi iure gaudent, querela successionem ab intestato tan-  
tum ratione obtinentis operatur. Si enim instituti pa-  
ri cum querente ab intestato succedendi iure gaudent  
testamentum pro parte tantum inofficium est (§.  
XX.). Sed testamento pro parte inofficiose, ideoque  
pro parte rescisso, successioni ab intestato locus qui-  
dem est, sed non in totum (§. XXXVIII.). Ponas iam  
successionem etiam aliorum heredum legitimorum  
intuitu ab intestato obtinere. Aut alii isti scriptorum  
in testamento e numero sunt, aut non. Si posterius,  
a scripto herede, vt heredes ab intestato, excluduntur  
l. 25. §. 1. ff. inoff. test. Sin prius, ipsi heredes in par-  
te, quam ex testamento non capiunt, vt heredes ab in-  
testato consideratur. Ergo a scriptis heredibus i. e. a  
semelipsis qua ex testamento succendentibus excludun-  
tur (per demonstr.). Aliorum igitur intuitu, qui ab  
intestato vocati fuissent, successio ab intestato non pro-  
cedit. Ratione obtinentis igitur tantum data sub hy-  
pothesi successioni tantum ab intestato locus fit.

Tantam autem portionem heredibus scriptis pro parte  
in querela victor euincit, quantam ab intestato, nullo condi-  
to testamento, cepisset. Vide l. 19. ff. eodem. Caussam tue-  
mur

mur ex cit. leg. 25. §. 1. eodem vbi VLPIANVS: Si quisquam possit de inofficio queri (quoniam extant, qui eum praecedunt, vide §. V. seq.) ad querelam admissus (de facto) pro parte rescindere testamentum tenet & unum sibi hereditatem eligat, contra quem inofficiorum querelam instituat: dicendum est, quia testamentum pro parte valet & praecedentes cum personae exclusae sunt, cum effectu eum querelam instituisse. Constat ex hoc quantius præi loco, -testamento pro parte rescissio, etiam, qui querentem in ordine succedendi praecedunt, ideo ad successionem non vocari, quoniam testamentum pro parte validum remansit. Multo magis itaque de iis hoc dicendum est, qui pari tantum cum querentem iure instruti sunt. Ita quoque adcipiendum supputo PAPINIANUM in l. 16. pr. eodem casum tractantem, in quem hypothesis theorematica cadit, eundemque decidentem, non agentem iam filiam, aut non obtinentem in hereditate legitima fratri non concurrere. Non ignoro, interpres tantum non omnes filiam hanc non agentem intelligere repudiantem, legemque ideo ex l. 17. pr. eodem explicare. Sed manu eiusmodi obsterice non opus, vbi sensus per se satis congruit. Vide quoque l. 8. § 5. ff. eodem. Ex quibus obscurum non est, etiam per consequentiam heredi scripto, qui ab intestato non successisset, parrem ex testamento servari, quae detracta portione intestata querentis superest. Sicque adcipiendus videtur PAVLVS l. 19. ff. eodem vbi causum tractat, quo mater extraneo ex dodrante, filia autem l. 19. ff. eodem vna ex quadrante heredibus institutis, altera autem filia deinceps. Praeterita, decepsit. Iam praeterita de inofficio egit atque obtinuit. Quomodo igitur scriptae filiae succurrendum sit? querit ICtus. Sibique responderet: rescisso testamento praeteritam vindicare debere, quod intestata matre iam habitura esset. Dubium statim ipsi suboritur: dici sic posse querentem sororem solam habituram vniuersam successionem, si eandem etiam ab intestato petat atque obtineat, quum altera soror instituta ex testamento adiens re-

F

pudias.

pudiasse videatur intestati caussam. Sed negat PAVLVS admittendum esse, ut soror praeterita de inofficio agendo audiatur contra sororem in quadrante institutam, seu, ut querela inofficiosi aduersus scriptam sororem, intuitu cuius quippe testamentum prorsus inofficium non est, neque adeo rescindendum, moueat: similisque sit omitten-  
ti aut repudiandi quae ex testamento adit. Iam inde con-  
cludit, semillem tantum, sed totum extraneo euincendum  
esse, quasi totus ad praeteritam pertineat, salvo quadrante  
sorori institutae, atque reliquo quadrante forsitan extraneo  
relichto. Quo quidem ipso fieri non inficias it, testamentum  
non in totum infirmari, sed matrem pro parte tantum inte-  
statam reddi. Sicque cum PAVLO optime conspirat VPIA-  
NVS. Sed disturbat magnus olim CVIACIVS in Lib. II.  
*Quaeſt. PAVL. ad l. mater decedens ff. de inoff. testam. fe-*  
quentes rationes subducens: *Filia haec exhereditata non de-*  
*bet agere querela aduersus sororem scriptam ex quadrante,*  
*sed aduersus extraneum tantum scriptum ex dodrante, vt*  
*pro dodrante tantum matrem faciat intestatam & diuidet*  
*eius dodrantem cum sorore, hoc modo vt — — ex dodrante*  
*tres uicias ei relinquere: nam institutio extranei tota re-*  
*scinditur. Sed tanta mihi non est CVIACII auctoritas, quae*  
*legem aut rationem vinceret.*

### §. XLI.

*Casus se-  
cundus.* *Si plures testamento inofficio instituti heredes*  
*quoad famam diuersi iuris sunt querela inofficii testa-  
menti a fratre instituta successionem ab intestato tan-  
tum ex parte querentis victoris operatur. Si enim*  
*alter heredum turpis, alter vero honesta persona est;*  
*a fratribus sororibusque testamentum intuitu prioris,*  
*neutiquam vero posterioris, ut inofficium im-  
pugnari potest (§§. XIV. XVIII. XXX.). Testamen-  
tum igitur eiusmodi pro parte tantum inofficium*  
*est (§. XXX.). Sed in testamento pro parte inoffi-  
cio*

cioso rescisso pro parte successioni ab intestato locus est (§. XXXVIII.). Ponas iam successionem etiam a liorum legitimorum heredum intuitu ab intestato ob-tenere. Aut alii isti simul in testamento heredes scri-pti, aut non. Sed utroque casu excluduntur (per de-monstr. ad §. praec.). Querela itaque a fratre insti-tuta, data sub hypothesi successionem ab intestato operatur.

Vide sis l. 24 ff. de *inoff. test.* Alia quidem sententia se-det IAC. GOTHOFREDO ad l. 1. C. Theod. eodem, dum heredes scriptos diuersi iuris explicatos dat, aut municipem cum non municipie, aut liberum cum seruo, aut ciuem cum pe-rigrino institutos. Sed hisce verbis latiorem ambitum pri-dem vindicauit van de WATER *Obs. iur. rom. c. 12.*

### §. XLII.

*Si heredes in testamento inofficiose instituti, neque pari cum querente ab intestato succedendi iure instru-cti, neque quoad famam diuersi iuris sunt, querela inof-ficiose testamenti, in qua querens obtinuit, efficit, vt te-statori in totum ab intestato succedatur.* Si enim he-redes in testamento inofficiose scripti neque pari cum querente ab intestato iure gaudent, neque quoad fa-mam diuersi iuris sunt, testamentum inofficiosum in totum tale est (§. XX.). Si testamentum in totum rescissum, in totum quoque testatori ab intestato suc-ceditur (§. XXXVIII.). Posita igitur hypothesi, que-rella inofficiose testamenti efficit, vt testatori in totum ab intestato succedatur.

Confer l. 21. §. 2. l. 28. ff. eodem.

### §. LXIII.

*Nihil iam reliquum est, nisi, vt esse dictum, institu-tae*

*Non que-*

44 De effectu querel. inoff. test. iuxta ord. edict success.

rens varius tae intuitu non querentis curae habeam cordique.  
est. Sed variae sub hoc non querente latitant personae,  
in quibus discernendis opera figenda est. Nimurum  
non querens, vel prorsus in testamento inofficiose ex-  
clusus est, vel minus. Si prorsus exclusus; vel suc-  
cessionis intestatae ita capax est, ut querens eo pro-  
ximior non sit, vel non. Si non proximior, vel non  
querens suo iuri renunciauit, vel non. Si non renun-  
ciauit, vel inofficium testamentum pro parte re-  
scissum, vel non. Si posterius, iterum vel testamen-  
tum rescissum per querelam inofficiosi testamenti se-  
cundum ordinem editi successorii motam, vel mi-  
nus. Ponamus autem non querentem in testamen-  
to inofficiose non esse exclusum, vel singulari titulo  
emolumenntum aliquod percipit, vel non. Sique po-  
sterius, vel iure institutionis, vel substitutionis idem  
illud tenet.

§. XLIV.

Non quer-  
rens non  
succedit si  
aut a que-  
rente ab in-  
testato ex-  
cluditur,  
aut renun-  
ciat.  
*Si non querens in testamento inofficiose exclusus,  
successione ab intestato a querente excluditur, aut valide  
suo iuri succedendi renunciauit; ad successionem inte-  
statam non admittendus est, testamento per alium re-  
scisso. Quum enim testamentum inofficium rescindit  
ur, effectus solus rescissionis est successio ab intestato  
(§. XXXVII.). Cui ergo successio ab intestato  
non proficit, nullum ex alterius rescissione testamenti  
in eundem redundat commodum. Verum non que-  
rens excluditur a querente in successione ab intestato  
(per hyp.). Quumque ergo eadem ipsi non proficit;  
data sub hypothesi testamento ab alio rescisso ad suc-  
cessionem non admittendus. Q. e. Imum.*

Pona-

Ponamus eundem ipso querente quoad ius ab intestato succedendi non esse quidem deteriorem, suo tamen iuri valida renunciasse. Quum rescisso testamento inofficio, successioni ab intestato tantum locus fiat; aut ad successionem intestatam admittendus, aut non. Sed prius absurdum: ad valide enim renunciata non datur regressus (*per vulg. pr. iur.*). Ergo posteriori subscribendum. Q.e. Idum.

Parum ceteroquin resert, vtrum expresse renunciatio facta, an tacite. Ipsiāque tacite factam renunciationem colligere fas est, non modo, si quis ante inofficiō querelam institutam deinceps renunciandi animo destituerit, verum etiam si tempus praescritoris, quinquennium scil. labi passus est. Conf. l. 23. §. f. ff. de inoff. test. Sed explicatu difficultior videtur PAVLVS l. 17. pr. eod. vbi: *qui repudiantis animo non venit ad accusationem inofficiō testamenti, partem non facit his, qui eandem querelam mouere volunt.* Vnde si de inofficiō testamento, patris alter ex liberis exhereditatis ageret: *quia rescisso testamento, alter quoque ad successionem ab intestato vocatur,* & ideo uniuersam hereditatem, recte non vindicasset; hic si obtinuerit, vteretur rei iudicatae auctoritate, quasi Centumuiri hunc solum filium in rebus humanis esse nunc, quum facerent intestatum, credierint. Multum negotii haec facessunt RAPH. FVLGOSIO ad cit. l. vbi: *Si bene, inquit, non intelligitis textum, eum legatis ter & quater & sonabit vobis, sic enim est mos PAVLI, & si haberem eum in manibus, eum per capillos interrogarem &c. &c.* Ille maledictus PAVLVS ita obscure loquitur, ut vix possit intelligi. Ignoscant ICto manes probrofa verba homini male ferrato. Periculum inde faciam, num men- tem, quam noster adsequi nequit, extricare possim. Duo nimirum casus obuersantur ICto, alter, si non querens repudiantis animo ad accusationem non venit, quem diserte etiam expressit, nostrisque principiis conuenienter decidit:

46 De effectu querel. inoff. test. iuxta ord. edict. success.

alter autem, si alter exheredatus non repudiantis animo non questus est, quem tamen tantum subintelligit ICtus (en fontem obscuritatis!) attamen ex ratione subsequenti, quae opposito in casu ineptissima foret, immo priori adserito inimica liquido satis colligere licet. Iam secundo hoc casu, si nihilominus querens totam, quamvis minus recte, quum partiali hereditatis petitione experiri debuisse, vindicans hereditatem casu obtinuerit; contra scriptum heredem totam hereditatem restituere renuentem auctoritate rei iudicatae vi posse statuit maledictus iste PAVLVS. Quae auctoritas autem alteri non querenti suam partem perenti non obest. Parum ceterum refert, vtrum repudians parum querente ab intestato succedendi iure tantum gaudeat, an ipso hoc iure adhuc potior sit.

§. XLV.

*Si pro parte testamen- scissum a querente, non querens exclusus successionis tum rescis- particeps non est. Si enim testamentum inofficium sum, non pro parte, vt tale, rescissum, potiori iure ad hereditatem perueniendi ac quidem scripti heredes, gau- quis non est querens (§. XX. XXXIII.). Scripti ergo heredes in testamento inofficio aut pari ab intestato succedendi iure cum querente gaudent, aut quoad famam diversi iuris sunt (§. XXXIX. XXIV.). Sed utroque in casu successio ab intestato, quae restauratur, tantum ratione querentis obtinet (§. XLI. XL.). Si itaque testamentum pro parte inofficium vt tale rescissum, non querenti nullum ab intestato succedendi ius aperitur.*

§. XLVI.

*Non querens igitur siue in specie iuste aut iniuste exheredatus, siue minus, siue ipso querente defuncto proxi-*

*proximior sit, siue pari cum eo gradu defunctum adtingat, testamento pro parte rescisso, ad successionem non admittitur (§. XLV.).*

Ponas iam querelam inofficiosi testamenti iuxta ordinem editi successorii institutam (§. XXXIV.); sane si remotorius pro parte testamentum resciderit, proximioribus non querentibus querentis rescissio nec quicquam proficia est. Quamuis itaque ab intestato querentem exclusissent, si nulla testamenti ratio haberetur, in praesentiarum tamen vsque dum noua quadam actione, si qua est, experiantur, a scripto herede excluduntur. Quae ratio manifesta est, quare, cum effectu successionis, ad querelam admissus experiri potuerit, quem alii proximiores in ordine intestati praecedebant. Confer l. 25. §. 1. ff. eodem. Hacque sola ratione forsitan non agens aut non obtinens in l. 16. pr. eodem ad hereditatem non concurrit.

§. XLVII.

*Si non querens exclusus intestatae successionis ita Quando-capax, vt querens eo proximior non sit, neque iuri suo nam non renunciauerit, testamento in totum a querente rescisso, querens non querens ab intestato succedit. Si enim testamen-tum inofficium in totum tale rescissum, exheredatus querens potiori, quam scripti heredes, ad hereditatem perueniendi iure gaudet (§. XX.). Quare scripti heredes, neque a pari cum eo ab intestato succedendi iure instructi, neque quoad famam diuersi juris sunt (§. XXXIX. XXIV.). Sed si scripti heredes neque pari succedendi iure gaudent, neque quo ad famam diuersi iuris sunt; querela inofficiosi testamenti efficit, vt testatori prorius ab intestato succeditur (§. XLII.). Sed si defuncto prorsus ab intestato succeditur, perinde est ac si hac ratione nullum in me-dio*

48 *De effectu querel. inoff. test. iuxta ord. edict. success.*

dio fuisset testamentum, adeoque omnes admittuntur, quorum in intestata successione ratio habetur. Verum quo querens proximior est, quique suo iuri renunciavit, eius nulla habetur ratio (§. XLIV.). Quapropter data demum sub hypothesi non querens ab intestato succedit.

Quid autem, si non querens non quidem renunciauerit suo iuri, at forsitan querelam antea frustra mouerit, atque succubuerit. Sane si nec ille non obtinens successionis particeps esse debet, quam alius mota querela cuincit. l. 16. ff. de inoff. satis adseratum nostrum nos non determinasse videmur. Sed salua adhuc res est. Qui non obtinuit, saltem concurrere in successione negatur, si de parte de inofficio actum fuit (§. XLV.). Quare alia iam questio est, numne testamento per alium in totum rescisso admittendus? Sola ipsis obstat videatur rei iudicatae exceptio, sed lubrica satis, quoad hunc passum, atque fallax. Confer l. 14. l. 27. ff. de exc. rei iud. Ceterum inter tot sententiarum diuertia media veluti via incedimus, neque prorsus a parte eorum stamus, qui in totum semper, mota cum effectu querela, successioni ab intestato omnium legitimorum heredium intuitu aditum patefaciunt, vide WERNHERVM P.I. Obs. 270. atque DD. ibi cit. HOMMEL cit. loc. Neque omnino in eorum castra transimus, qui in alterum extremum ruunt, neminemque praeter querentem admittunt. Inter quos quosdam sufficiat nominasse. STRUVIVM nimirum in Exerc. 10. th. 24. atque HVBERVM ad ff. de inoff. testam. n. 9. Cuius argumentis iam hoc magis obuiam eundum est, quo suffecerint olim ipsi THOMASIO in Not. ad eund. vt posteriori cura propria sua vineta caederet. Sic primum causae momentum querit in hoc: Cui soli datur actio petitioque, huic quoque soli victoria prodest, quum res inter alios acta atque iudicata aliis nec noceat, nec profit, per l. 63. ff. de re iud. Verum enim vero tam stricte laudatam

laudatam regulam in iure adcepī noluerunt & veteres &  
ipse Imperator, quae commodum ex alterius victoria alii  
inuidet, cuius tamen causa cum eadem induulso nexu co-  
haeret. Quod sane maximo in nostros opere conuertimus  
vuln. Sic in totum testamento quoad heredis institutio-  
nem sibi factam rescisso, absque testamento iam defuncto  
succeditur. Sed si absque testamento succeditur, non pos-  
sunt non omnes admitti, qui ab intestato vocantur. Quo-  
tusquisque iraque est, qui nexus hunc non perspiciat?  
Quae quum ita sint, in iure, certe, infrequens haud est, ali-  
quem per bonam consequentiam commodo quodam frui,  
quod per se sentire non licet. Exempla in medium pro-  
tulit VINNIVS ad §. 1. I. de inoff. n. 4. Adcedit ex princi-  
piis supra suppedatis sequens momentum: Quum que-  
rela inofficioi testamenti remedium saltim rescindens sit  
(§. XXVII.), atque in casu proposito in totum testamen-  
tum rescindat: certe sententia non opus est, quae in cer-  
tam personam feratur, sed sufficit: Daß das vom Sempronio  
errichtete Testament als inofficium zu rescindiren se. Al-  
terum, quo nititur HYBERVS, argumentum hoc reddit: re-  
stitutio hereditatis nihil aliud est, quam exequatio sen-  
tentiae, qua hereditas querenti addicta, at sententiae exse-  
quio non potest latius extendi, quam sententia ipsa patet.  
Sed in promtu sunt, quae eidem reponamus. Non  
enim modo negamus atque pernegamus sententiam in que-  
rela eo ferri, vt hereditas querenti tantum addicatur, ideo-  
que eius exsequationem esse restitutionem hereditatis, vide  
§. XXVI. & quae commodum in medium protuli; verum  
etiam, si ipsam querelam concederem esse hereditatis peti-  
tionem, haec hereditatis petitio tamen, si essent, qui ab in-  
testato partem facereut, ita foret instituenda, vt per rescis-  
sionem totius testamenti iam pars hereditatis, ab intestato  
competens peteretur. Reliqua, veluti ridiculum esse, ne-  
gare alicui querelam & tamen ad successionem per quere-  
lam alterius eundem admittere, immo hoc modo obsum-

50 De effectu querel. in off. test. iuxta ord. edict. success.

tus litis deteriorem conditionem futuram esse querentis, quam eius, cui querela negata est, illo autem sigillatum ca-  
fu, quo testamentum inofficium, quo nemo turpis heres  
scriptus, parens rescidit, fratres, si qui sunt, germanos ad-  
mitti, quum tamen tabulae fratum respectu furoris ple-  
nae non sint, (Vide haec refutantem WERNHERVM loc. cit.)  
ceu proletaria non moror. Infensum, qui videbatur, PA-  
RIANIANVM cit. l. 16. pr. iam nobiscum in gratiam rede-  
gimus.

§. LXVIII.

*Quando non querens querentem excludit si ad edictum successorum querelam mota.* Ponamus itaque per querelam iuxta edictum suc-  
cessorum institutam testamentum inofficium in totum  
rescissum: quum sub hypothesi §. praec. non querens ceu proximior ab intestato succedat (§. praec. &  
§. XIV.) proximior autem, a quo in alterum deuo-  
luta est querela, in legitima successione semper ex-  
cludat remotiorem (*per vulg. pr. iur.*); Quin de non  
querente idem sub data hypothesi dicendum sit, nul-  
lus dubitarit. Sed ipse querens remotior est (§. cit.)  
adeoque querens a non querente excluditur.

Verum in labyrinthum quandam causa nostra absque  
nostra tamen culpa incidisse videtur. Querens iam pro-  
pter deficiens ius succedendi ab intestato idoneum a non  
querente submouetur, attamen quoniam hoc ire exclu-  
sus, admittebatur ad querelam (§. XXXI.). Mira igitur res  
est, eidem, quum obireat, ius suum ipsius hereditarium  
legitimum ad obtinendam hereditatem ipsam sibi non pro-  
ficere. Sane ne prorsus aqua haereat, dandum est, quod  
negare non possumus. Ita tamen rem tene: si proximior  
non queritur, heredi scripto hereditas non evincitur, hoc  
ipsum iniuria adicit proxime remotiorem. Quum proxi-  
mior solus isti sine iniuria hereditatem praecipere possit;  
hoc casu, eo non querente, institutus heres capit. Qua  
guidem

quidem sub conditione legitimae portionis iure proxime sequentem, ducentem familiam, aut inter liberos, aut parentes, aut fratres atque sorores, leges ornarunt, indeque ultimae cerea furoris plena habentur, sicuti sine iusta causa exclusus. Non potuit igitur non ipsi concedi querela. Verum quum effectus querelae interdum, ut in totum testatori ab intestato succedatur; idoneum satis remedium est, si proximior repudiauit, si non quidem repudiauit, at propter iustum exhereditationem non questus est, hereditatem quidem proxime sequens scripto heredi eripit ideoque exhereditationis suae iniquae vindex, seu euentu actionis sue inspecto non sibi, sed alii successionem parit. Interim penitus sua interesse, querelam mouere, negari nequit, quamuis magis ipsius referat ipsa hereditate potiri. Certe nihil verat, quominus sibi premium querelae suae motae in proximioris maxime fauorem stipuletur, quod proximior rerum suarum satagens promittere non dubitabit. Immo ipsa spes aliquando proximiori, cuius bona eximie auxit, ab intestato succedendo a se heredibus suis perceptum iri, & sexenta alia interesse eius loquuntur, ipsique querendi motiva praebent. Hac sola ratione concentui legum consulere nobis datur, qui omni, quod incumbit, officio interpretando defungimur. Quum itaque **VLPIANVS** l. 6. §. 1. ff. de *inoff. victoriā* ab eo, qui nequidem queri de iure potuisset, casu reportatam non vincenti, sed vere heredibus ab intestato prodeesse iudicauerit; sane, si rationem; nam *intestatum patrem familius facit*, curatius pensimus, nos cum **VLPIANO** statuere prudentem rerum aestimatorem neminem fugit. Si itaque vel maxime proximior iuste exhereditatus, per alium tamen ad hereditatem adspicere potest, a qua sibi relictus repellitur. Confer l. 8. §. 8. l. 17. pr. ff. eodem, si quem autem singulos, qui hoc perrineant, casus perlustrare iuuat; cum saltim ad §. XXXIV. alegamus.

## §. XLIX.

*Quando non querens querentem excludit, si etiam secundum edictum successorum non institutam, aut motam quidem iuxta eius ordinem, proximiiori autem suo iuri renuncianti, in totum rescissum; iam iste non querens, vel potiori ab intestato gaudet irre succedendi, vel non. Quum in totum rescisso testamento, penitus testatori ab intestato succedatur (§. XXXVIII.); priori casu iste non querens denuo querentem a successione excludit, posteriori vero non querens una cum querente hereditate potitur (§. XLVII. XLIV.).*

Ponas v. c. fratrem consanguineum veterinumue turpi persona querelam mouisse, attamen fratrum praedefunctionum germanorum filios concurrere. Certe, siue querela iuxta edictum successorum in unilaterales demum deueluta, siue statim ab initio iis competit, filii germanorum querentem excludunt, quoniam potiores in intestati causa sunt. N. 118. c. 3. Ceterum non querenti etiam iuste exheredito nec heic exhereditatio obstat. Vide l. 8. §. 8. l. 17. pr. eodem. Varios autem istos casus, quibus non querens iam cum querente ad successionem admittitur, merito hic adducere supersedeo, non obscuros ei, qui legitimae successionis rationem sibi compertam habet.

## §. L.

*Non querens querentem facit partem.*  
Si qui sunt, qui iure succedendi instructi, vel alter ipsis cum successionem communicare tenerur, vel non. Si prius in successione partem alteri facere dicuntur. Quum itaque sub hypothesi §. praec. non querens

querens vna cum querente hereditate potiatur (§. XLIX.). Non querens sub eadem hypothesi querenti partem facit. Vide l. 8. §. 8. ff. eod.

Quum itaque ipsum iuste exheredatum mox querentem proflus excludere, mox eidem partem facere euictum dedimus; ne istorum sceleratorum caussam tueri, iisdem que, quod nefas ducent, patrocinari videamur; exheredatorum gratia sequens problema adiicere non dubitauit.

### §. LI.

Data iusta exheredationis caussa ita exheredare ut, quantum in exheredante situm est, nunquam ad hereditatem adspirare exheredato licet. I) Testamentum condat, in quo exheres scriptus, in quem data iusta exheredationis caussa cadit, seruatis tam exheredationis in specie talis praeteritionis forma legibus praescripta, quam reliquis perfecti testamenti requisitis (§. XIX.). II) Si cui praeterea legitima portio, siue iuxta edictum successorium demum devoluta, siue minus, competat, omnis ille aut denuo iuste, ut ante, exheredetur, aut saltrem in parte vel minima legitimae portionis instituatur.

Si enim testamentum nec hoc quidem ex capite imperfectum conditum, quod forma exheredationis legibus praescripta non seruata sit, quum iusta exheredationis caussa data fuerit, rite exheredatio, nec inique facta est (§. XVIII.). Sed ubi rite, nec inique exheredatio facta querela exsulat, inofficiosi testamenti ex parte ipsius exhereditati, cuius exheredationis caussa data est (§. XXIV.). Neque etiam cœ nullum impugnari potest, quum testamentum per-

54. *De effectu querel. inoff. test. iuxta ord. edict. success.*

fectum sit. Verum quum ipse exheredatus, cuius iusta caussa exhereditationis datur, aut ipsum querentem victorem interdum excludit, aut saltim ei partem faciat (§. XLVIII. XLIX. XL.); efficiendum, ne alius quidam querelam mouere possit. Sed si cui praeter nostrum exheredatum legitima portio debetur, idem ille aut iuste exheredatus, aut institutus in parte legitima vel minima omnis querelam mouendi potestas ipsi praecepitur (§. XXX.). Neque igitur iam per alterius querelam hereditatem potiri potest. Quantum itaque in exheredante fuit, ab hereditate sua exheredatum sub mouit exheredans (Schol. ad §. XXIII.).

Quae itaque vbi testator neglexit, ipse in caussa est, ne voluntas sua ultima exitum habuerit. Atque sic PAVLVM l. 19. ff. de lib. & postb. haud abs re adcipimus, vbi exhereditationes esse adiuuandas negat. Reliquum iam est, ut ad effectum querelae inofficioi testamenti intuitu eorum, qui in inofficio testamento honorati sunt, animum aduertamus. Sed temporum angustiae filium dissertationis abrumpt atque aliis seruare temporibus iubent.

F I N I S.




01A6547

ULB Halle  
002 929 821

3





8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Inches  
Centimetres

**Farbkarte #13**

|      |      |       |        |     |         |       |         |       |
|------|------|-------|--------|-----|---------|-------|---------|-------|
| Blue | Cyan | Green | Yellow | Red | Magenta | White | 3/Color | Black |
|------|------|-------|--------|-----|---------|-------|---------|-------|

JOAN. HARTWICH REVTER ICTI  
 POTENTISS. BORVSSORVM REGI IN SVPREMO OMNIVM  
 PROVOCATIONVM TRIBVNALI A CONSILIIS  
 SECRETIORIBVS  
 DISSERTATIO  
 DE  
**EFFECTV QVERELAE  
 INOFFICIOSI TESTAMENTI**  
 IVXTA  
 ORDINEM EDICTI SVCCESSORII INSTITVTAE  
 INTVITV NON QVERENTIS  
 IN ACADEMIA REGIA FRIDERICIANA  
 MDCCXLIX.  
 DEFENSA  
 A  
**CHRISTIANO LUDOVICO BERENDES**  
 BEROLINENSI.



RECVSA  
 HALAE MAGDEBURGICAE  
 APVD IO. CHRISTIANI HENDELII VIVAM  
 MDCCCLXV.